Digitized by Google

BIBLIOTHECAE
ELECTORALIS
MONACENSIS.
Ch. Wink. del.
Sichler sc. 1779.

B.L. 1715.

B.L.

Digitized by Google

Coll. A. 9. 66. Kz

Huschke
Anthologia

Auct. gr. vet. Collect. 1.
p. 20.

Digitized by Google

ANALECTA CRITICA

IN

ANTHOLOGIAM GRAECAM

CUM

SUPPLEMENTO EPIGRAMMATUM MAXIMAM PARTEM INEDITORUM.

COLLEGIT

IMM. G. HUSCHKE.

JENAE ET LIPSIAE,

SUMTIBUS FRIDERICI FROMMANNI.

MDCCC.

Digitized by Google

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

FRIDERICO JACOBS

VIRO AMICISSIMO

HUNC LIBELLUM CONSECRAVIT

EDITOR.

Digitized by Google

Digitized by Google

Praefatio.

Quum viri, in re critica probe exercitati, iidemque magna eruditionis laude florentes, nunc ipsum hoc agant, ut Anthologiam Graecam animadversionibus illustrent, pristinoque suo nitori restituant, mirum videbitur, quid sit, quod ego in hoc stadium ingredi, edendoque libello meo ingenii vires qualescunque periclitari apud animum constituerim. Erunt fortasse etiam, qui, titulo horum commentariorum inducti, censorium me munus suscepisse, et non tam epigrammata, quam eorum, qui de his scripserunt, conjecturas examinasse arbitrentur. Ad quam cogitationem incumbens, faciendum mihi esse putavi, ut instituti mei rationem breviter exponerem. Posteaquam cum Analectis Brunckianis usum aliquem ac quasi familiaritatem contraxissem, accidit, ut

Digitized by Google

aditum ad bibliothecam ſuam mihi patefaceret doctiſſimus Boſchius, qui multa et praeclara ad hanc rem bene peragendam ſubſidia ſuo ſibi comparavit aere. Hic opportunitatem nactus, aliquot melioris notae Apographa cum editis epigrammatum exemplis paulo diligentius componendi, peculiarem operam dicare coepi Anthologiae Graecae, notanda non ſolum lectionis varietate, quam a Brunckio omiſſam viderem, ſed ſcribendis etiam obſervationibus, quibus aliquando illuſtrarem Florilegium Planudeum. Enimvero, mutatis temporibus, mutata eſt conſiliorum meorum ratio. Neque de hac re poſtea cogitaſſem, niſi acceſſiſſet Apographi Gothani notitia, et egregia carminum ineditorum collectio, quam mecum communicavit Jacobſius, ita, ut, dum ipſe majori operi promovendo animum intenderet, equidem his reliquiis vel corrigendis vel illuſtrandis aliquid curae ac temporis impertirem, arbitrioque meo rem

Digitized by Google

peragerem. Data igitur edendi potestate, haud alienum me facturum existimavi, si eidem fasciculo ea etiam epigrammata insererem, quae ab aliis viris doctis post Brunckium in lucem sunt protracta, adjiceremque animadversiones criticas in Analecta veterum poetarum graecorum. Etsi enim non defuturos esse intelligebam, qui me inutilem operam posuisse in iis certe retractandis carminibus sibi persuaderent, quae interpretem nacta sunt, praeclaris illum ingenii ac doctrinae adminiculis instructum, tamen, quum ea sit in Anthologia Graeca rerum ubertas, ut tantae materiae exhauriendae ne doctissimus quidem par esse possit, aut parem se esse arbitretur, aliquot epigrammata denuo sub censuram vocare, eorumque lectionem faciliorem reddere conatus sum, hac mihi scripta lege, ut in emendando atque explicando temeritatis invidiam, quoad ejus fieri posset, caverem. Quam rationem secutus etiam sum in aliorum scriptorum locis,

Digitized by Google

quae hic vel in transcursu corriguntur, vel de industria et uberius illustrantur. Neque enim tam angustis finibus negotium, quod suscepi, circumscribendum videbatur, ut nunquam a spatio hoc grammatico deflecterem, sed evagatus interdum, (pro modulo libelli mei fortasse paulo liberius) res, nondum satis explicatas, quibus aliqua cum his carminibus intercederet conjunctio, quam fieri potuit, accuratissime enarravi. Quo inprimis pertinet disputatio de Sophoclis tumulo, quae tamen, quamvis facilem ad digressionem praeberet exitum, nondum ad finem est perducta. Multa hic addi poterant, quae brevitatis studio omisimus, v. c. de fragmento Pindarico, quod aliter apud Pausaniam Phoc. p. 810. aliter legitur apud Galenum T. III. P. V. p. 615. ed. Bas. E Galeni verbis, utcunque depravatis, clarum est, id quod confirmat Philostratus, Pindarum rem ita instituisse, ut diceret, aut fingeret, Sirenes istas Delphicas, quarum memoria paulatim

Digitized by Google

abolevit, repoſitas fuiſſe in templi Apollinei pinnaculo faſtigato. Hanc aedium partem ſuperiorem, anaglyphis interdum adſpectabilibus ornari ſolitam, Graeci vulgo dicebant πτέρυγας, ἀέτωμα. Quas voces illuſtrans Galenus his utitur verbis. οὕτως γὰρ ἐοίκασιν εἰκάσαντες οἱ παλαιοὶ καλέσαι τοῦτο τῆς οἰκίας τὸ μέρος, ἄε τὸν δὲ καὶ οἴδε (lege, ἀετὸν δὲ καὶ οἴδε, ſcil. οἱ παλαιοὶ, cum Foeſio in v. Ἀέτωμα,) καθάπερ καὶ ὁ Πίνδαρος φησὶν ἐν τοῖς πλείασιν· χρυσαῖ αἱ δ' ὀξυμπεραὶ αἱ τοῦ ἄειδον Κληδόνες. Quorſum, quaeſo, haec protulit Galenus? Nimirum ut oſtenderet, Pindarum eodem ſenſu dixiſſe ἀετὸν, quo Hippocrates dixerat ἀέτωμα. Atqui hujus verbi ne tenuiſſimum quidem veſtigium apparet in verſiculo Pindari apud Pauſaniam. Hinc ſuſpicio oritur, locum interpolatum eſſe a librariis. Forte vera lectio latet in ſyllabis αἱ τοῦ apud Galenum, unde facile aliquis eliciat ἀετοῦ. Sed haec latius patent, neque commode in praefatione tractari poſſunt. Utinam Valckenarius,

Digitized by Google

qui eadem via Euripidis fragmentum, ibidem a Galeno deſcriptum, egregie reſtituit Diatr. p. 214. manum non abſtinuiſſet a corrupto Pindari verſu, quem ſignificavimus. Nunc nihil aliud, niſi, *hoc ulous*, ait, *fatius erit non attigiſſe.*

Jam quod in priore hujus libelli parte data opera feci, ut loca veterum ſcriptorum, quibus labem aliquam adſperſit librariorum incuria, corrigerem, id in altera parte, qua Inedita continentur, quamvis ſumma eſſet faciendi voluntas, tamen facere interdum non potui. Tot enim tamque gravibus mendis haec carmina inquinata deprehendi, ut de iis corrigendis ſaepenumero deſperarem. Neque tamen propterea intra privatos parietes diutius ea latere paſſus, oculis virorum doctorum, ſi a perpaucis diſceſſeris, cuncta ſubjeci, ſperans, fore, ut, quae a me emendari non potuerint, ab aliis emendentur. Magna inprimis non modo verborum, ſed rerum etiam obſcuritas ineſt ſatyricis carminibus, quo-

Digitized by Google

rum haud exiguum numerum nunc primum edimus. Hic facilis error erat. Et lapsus haud dubie sum cum alibi, tum in explicando epigrammate (XXXII.) quod, aliud agebam, quum referrem ad Rufinum. Intelligerem nunc potius, (quamquam ne hoc quidem ad liquidum perduci potest,) C. Julium Rufinianum, qui fisci patronus, et Rationum Summarum dicitur in inscriptione apud Maffejum Veron. illustrat. P. I. p. 360. n. XL. et Muratorium Inscr. p. MXIX. 2. Idem, mutato nomine, Rufus vocatur L. 4. Cod. Just. de Vectigal. docente, cui haec loca debemus, Ruhnkenio in praefatione ad Rutilium Lupum. — In aliis turpe non est visum fateri, si quid non assequerer; praesertim quum consolari me possem forte eorum, qui hoc aut superiore saeculo, Codicem Vaticanum tractantes, carmina ista descripserunt quidem, sed, quantum mihi, Apographorum aliquot recessus perveștiganti, colligere licuit, ad integritatem reducere non potue-

Digitized by Google

runt. Quamquam quis ignorat, qui modo unquam hiſtoriam Anthologiae Graecae mediocriter ſcire curavit, tantum omnino fuiſſe hominum eruditiſſimorum a Joſepho inde Scaligero in carminibus illis perpoliendis ſtudium ac quaſi concertationem, ut temerarium paene ſit, dubitare, quin multa loca, in quibus nos haeremus, ab iſtis artis criticae coryphaeis feliciter ſint explanata! Sed haec fere omnia, iniquo quodam literarum fato, aut perierunt, aut in ſcriniis haeredum, quos juvat incubare libris, etiamnum latent. Profecto ſi apud animum reputamus, quot labores a quantis viris in ornando hoc praeclaro antiquitatis graecae monumento ſint conſumti, non poſſumus non dolere, tales eruditionis reconditae theſauros adhuc premi ab hominibus, vel bona ſua ignorantibus, vel ea etiam aliis invidentibus, ſine ullo privatae utilitatis fructu, maxima contra rerum, ad humanitatem ſpectantium, clade ac detrimento. Quod

Digitized by Google

inprimis ad Dorvillii apparatum pertinet. Nam Salmaſii multae animadverſiones cum ipſis carminibus, ſuppreſſo ſaepe auctoris nomine, deſcriptae, et per varia Apographa longe lateque diſperſae, tandem manarunt in Analecta veterum poetarum graecorum. Caeterum vehementer laetamur, converſis denuo ad Anthologiam Graecam virorum doctorum ſtudiis, ſpem injectam eſſe, fore, ut illud etiam damnum aliquando reſarciatur. Qua de re ne dubitare quidem nos ſinit Jacobſii eruditio, qui univerſa haec carmina, quae conſuetudo communi nomine epigrammatis complectitur, egregio commentario illuſtrare inſtituit. In eodem laudis curriculo verſatur elegantiſſimo vir ingenio, Chardon-la-Rochette, quem in eo eſſe audimus, ut Codicem Vaticanum, nunc Pariſinum, a capite ad calcem deſcriptum, perpetuaque annotatione inſtructum edat. Neque vero me fugit, doctiſſimum Boſchium hoc inprimis age-

Digitized by Google

re, ut Schedulas Dorvillianas e tenebris, quibus diu oppreſſae jacuerunt, in lucem protrahat, iisque ornet ſplendidae, quam paravit, editionis Tomum quartum, cui inſeret aliorum etiam, quas in bibliotheca jam repoſitas habet, Notas Ms. Quorum conſiliorum ut ad effectum perveniant viri praeſtantiſſimi, bonarum literarum cauſa valde optamus, eosdemque, ut hanc ſymbolam noſtram aequi bonique conſulant, rogamus.

Digitized by Google

ANALECTA CRITICA

IN

ANTHOLOGIAM GRAECAM.

Digitized by Google

Digitized by Google

CAPUT I.

Mira Veterum commenta de Sophoclis tumulo examinantur. Eum alii Sirene, alii hirundine ornatum dixerunt. Haec lis componitur. Intelligenda est Sirenis Pindaricae forma, delineata etiam in vase quodam, Locris reperto. Haec fabula paullatim in oblivionem abiit. Ejus vestigia passim obliterata sunt a librariis, ut apud Lucianum, qui corrigitur. Probabile est, in tumulo Lysiae oratoris stetisse Κηληδόνα. In eundem sensum explicatur Dioscoridis epigramma. Adjiciuntur quaedam, ad vitam Tragici spectantia. Sophocles, ab Hermesilao hospitio exceptus, disputat de discrimine, quod est poesin inter et picturam, secundum Jonis Chii fragmentum, quod partim illustratur, partim emendatur. Erycii epigramma in Sophoclem. Hoc ansam praebet inquirendi in formulas aliquot minus notas, ut ἐκμαίνεσθαί τινα, insanire aliquem, quae restituitur Moscho.

Dioscoridis

epigramma in Sophoclis tumulum.

Τύμβος ὅδ' ἐστ', ὦ ξεῖνε, Σοφοκλέος, ὃς παρὰ Μουσῶν
Ἱρὴν παρθενίην, ἱερὸς ὤν, ἔλαχεν,
Ὅς με τὸν ἐκ Φλιοῦντος, ἔτι τρίβολον πατέοντα
Πρίνινον, ἐς χρύσεον σχῆμα μεθηρμόσατο,
Καὶ λεπτὴν ἐνέδυσεν ἀλουργίδα· τοῦ δὲ θανόντος
Εὔθετον ὀρχηστὴν τῆδ' ἀνέπαυσα πόδα.

Ὄλβιος, ὡς ἀγαθὴν ἔλαχες στάσιν· ἡ δ' ἐνὶ χερσὶ
Κούριμος, ἐκ ποίης ἥδε διδασκαλίης;
Εἴτε σοι Ἀντιγόνην εἰπεῖν φίλον, οὐκ ἂν ἁμάρτοις,
Εἴτε καὶ Ἠλέκτραν· ἀμφότεραι γὰρ ἄκρον.

Anthолog. Planud. III. Tit. XXV. ep. 41. Anal. Brunck. T. I. p. 500. De praeclaro hoc Dioſcoridis epigrammate variae extant, eaeque valde diſcrepantes virorum doctiſſimorum ſententiae. Alii loquendi partes a poeta Virgini, neſcio cui, delatas eſſe ſtatuunt, id quod linguae ipſius ratio non patitur; alii Virginis mentionem omnino nullam hic factam eſſe rati, ut ſit, locum emendare, quam explicare maluerunt, in quibus eſt Brunckius, qui ſubſtituit παρθενίην. Nos recepimus lectionem Codicis Vaticani, quam confirmavit Planudes. Sed quaeritur, quae iſta ſit παρθενία, de qua loquitur Dioſcorides! Brodaeus eo inclinabat, ut crederet, poëtam alludere ad Sirenem, quam Sophoclis tumulo impoſitam fuiſſe Veteres tradiderunt. Enimvero hanc rem dubiam reddidit Biographus Tragici, qui narrat: Φασὶ δὲ καὶ ὅτι τῷ μνήματι αὐτοῦ Σειρῆνα ἐπέστησαν· οἱ δὲ χελιδόνα χαλκῆν. *Pictoribus* ſcilicet *atque poetis*, auctore Horatio, *Quidlibet audendi ſemper fuit aequa poteſtas.* Quamquam, ſi veri eſſe velimus, fateamur neceſſe eſt, rem

tam novam hic proponi atque inauditam, ut valde verendum sit, ne librarii in describendo hoc loco negligentius sint versati. Quid enim? Adeone hallucinatos esse dicemus Athenienses, ut tumulo Sophoclis imponerent hirundinem? Et quomodo haec confundi potuit cum Sirene? Mirum, repertos etiam esse, qui hanc fabulam probarent ac defenderent. Nos verba illa paullo diligentius examinemus, ut appareat, qua ratione ea et inter se, et cum Dioscoridis epigrammate, quod descripsimus, conciliari possint.

Aves tumulis impositas esse, vel insculptas, nemo est, qui nesciat. Ex quo fonte manavit, nisi fallor, bonum illud dictum, quo Smicrines Archippam, cum Sophocle, aetate jam nimis provecto, consuescentem exagitavit, apud Athenaeum Lib. XIII. p. 592. B. ἐπὶ δὲ ὑσμαῖς ὢν τοῦ βίου (Σοφοκλῆς) ὥς φησιν Ἡγήσανδρος, Ἀρχίππην ἠγάπησε τὴν ἑταίραν, καὶ τοῦ βίου κληρονόμον κατέλιπεν· ὅτε δὲ γηραιᾷ ὄντι τῷ Σοφοκλεῖ συνῆν ἡ Ἀρχίππη, ὁ πρότερος αὐτῆς ἐραστὴς Σμικρίνης ἐρωτώμενος ὑπό τινος, τί πράττει Ἀρχίππη, χαριέντως ἔφη· ὥσπερ αἱ γλαῦκες ἐπὶ τάφων κάθηται. Antipater Sidonius ep. LXXXVIII. Anal. T. II. p. 30.

Μὴ θάμβει, μάστιγα Μυροῦς ἐπὶ σήματι λεύσσων,
Γλαῦκα, βιὸν, χαροπὸν χᾶνα, θοὰν σκύλακα.

Digitized by Google

Adde ejusdem epigramma XCII. p. 32. unde discimus, aquilam fortitudinis, columbam timiditatis, seu ignaviae, fuisse, in tumulis etiam, symbolum. Hinc non defuere, qui sibi persuaderent, hirundinem, cui gratam vocem interdum tribuunt poetae, in isto Tragici monumento collocari potuisse ad significandam poeseos Sophocleae dulcedinem, quam jure praedicasse Veteres, etiamnum legendo intelligimus. Quo in numero inprimis est Menagius (ad Diogenem Laert. Lib. VI. Segm. 78.) qui, etsi antea substituerat ἀηδόνα, tamen, postea quam incidisset in aliquot scriptorum graecorum loca, quibus hirundineae vocis perhonorifica fit mentio, mutata sententia, χελιδόνος patrocinium suscipiendum sibi esse putavit. Exemplis a Menagio collectis adjiciamus epigramma Anthologiae Graecae in Homonoeam, Atimeti conjugem Anal. T. III. p. 510.

Ἡ πολὺ Σειρήνων λιγυρωτέρη, ἡ παρὰ Βάκχῳ
Καὶ θοίναις αὐτῆς χρυσοτέρη Κύπριδος,
Ἡ λαλίη φαιδρή τε χελιδονὶς, ἔνθ' Ὁμόνοια
Κεῖμαι, Ἀτιμήτῳ δάκρυα λειπομένη,
Τῷ πόλου ἀσπασίη βαιῆς ἄπο.

Quid? quod hirundines Apollinis reditum ex Hyperboreis regionibus ad templum Delphicum cum cicadis et luscinis cantu celebrare dicuntur in praeclaro illo Alcaei Hymno, quem,

Digitized by Google

metro licet ſolutum, nemo facile ſine quadam animi voluptate legerit apud Himerium Orat. XIV. 10. p. 622. ed. Wernsd. Ἦν μὲν οὖν θέρος καὶ τοῦ θέρους τὸ μέσον αὐτὸ ὅτε ἐξ Ὑπερβορέων Ἀλκαῖος ἄγει τὸν Ἀπόλλωνα· ὅτε δὴ θέρους ἐκλάμποντος καὶ ἐπιδημοῦντος Ἀπόλλωνος θερινόν τι καὶ ἡ λύρα περὶ τὸν θεὸν ἁβρύνεται. Ἄιδουσι μὲν ἀηδόνες αὐτῷ ἁρμόττον εἰκὸς ἆσαι παρ' Ἀλκαίῳ τὰς ὄρνιθας· ᾄδουσι δὲ καὶ χελιδόνες καὶ τέττιγες, οὐ τὴν ἑαυτῶν τύχην τὴν ἐν ἀνθρώποις ἀγγέλλουσαι, ἀλλὰ πάντα τὰ μέλη κατὰ θεοῦ ᾠδεσγόμεναι. Quibus verbis comparandus eſt egregius Euripidis locus in Jone v. 170. ubi, commemoratis aquila et cygno, pergit:

Ἔα, ἔα. τίς ὅδ' ὀρνίθων καινὸς προσέβα;
Μῶν ὑπὸ θριγκοὺς εὐναίας
Καρφηρὰς δήσων τέκνοις;
Ψαλμοί θ' εἱρξουσιν τόξων —
Κτείνειν δ' ἡμᾶς αἰδοῦμαι
Τοὺς θεῶν ἀγγέλλοντας φήμας
Θνατοῖς.

(Hirundinem laedere, ejusve pullos interficere, omnino nefas habebatur. Vide Wyttenbach. ad Plutarchum de S. N. V. p. 48.) Ejusmodi igitur exemplis adduci ſe paſſus eſt Menagius, ut, quam antea ejeciſſet, poſtliminio quaſi reſtitueret hirundinem. Klotzius contra

luſciniam in animo habuiſſe videtur, quum ita ſcriberet ad Tyrtaeum p. 78. „nec omittere debeo, Sophoclis ſepulcro Sirenen impoſitam fuiſſe, teſte antiquo illius vitae auctore: *Φασὶ δὲ ὅτι καὶ τῷ μνήματι αὐτοῦ Σειρῆνα ἐπέστησαν, ut luſcinia cum pullis Orphei ſepulcrum ornabat*, vide Pauſan. L. IX. p. 769.“ Mirum commentum! Pauſaniae verba haec ſunt: *λέγουσι δὲ οἱ Θρᾷκες αἱ τῶν ἀηδόνων ἔχουσι νοσσιὰς ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ Ὀρφέως, ταύτας ἥδιον καὶ μεῖζόν τι ᾄδειν.* Neque vero video, quid proficiamus, ſi hirundini ſubſtituatur luſcinia. Aeque haec in iſta ſtatione ridicula foret, atque illa; quandoquidem nunc non de voce aviculae qualiscunque, ſed de figura agitur, cui omnino aliqua intercedat ſimilitudo cum Sirene. Quid multa? Scripſit Biographus: *Φασὶ δὲ καὶ ὅτι τῷ μνήματι αὐτοῦ Σειρῆνα ἐπέστησαν· οἱ δὲ* ΚΗΛΗΔΟΝΑ *χαλκῆν.* Quod quid ſit, nunc accuratius dicendum. Nam hinc fortaſſe pendet ſenſus epigrammatis, quod explicandum mihi ſumſi.

Satis conſtat, Mythologiam Graecorum, tempore poetarum inprimis lyricorum, magnas ſubiiſſe mutationes, eamque rem vim etiam habuiſſe ad artes elegantiores. Hujusmodi exemplum plane luculentum ſuppeditant iſtae *Κηληδόνες*. Eae acceptae referendae ſunt

Digitized by Google

ſublimi ac foecundo ingenio Pindari, qui novum hoc Sirenum genus invenerat, omnibusque canendi copiis inſtruxerat in Paeane quodam deperdito, cujus fragmentum extat apud Pauſaniam Phoc. c. V. p. 810. τὰ μέντοι ἄλλα οὐκ ἔπειθεν ὁ λόγος, ἢ Ἡφαίστου τὸν ναὸν τέχνην εἶναι, ἢ τὰ εἰς τὰς ᾠδοὺς χρυσᾶς, ἃ δὴ Πίνδαρος ᾖσεν ἐπ' ἐκείνῳ τῷ ναῷ·

Χρυσεῖαι δ' ἐξ ὑπερῴου ἄειδον Κηληδόνες.

(Male vulgo legunt, Κηληµόνες, aut Κληδόνες, ut eſt apud Galenum T. III. p. 615. Baſil.) Addit Pauſanias: οὗτος μέντοι ταῦτα ἐς μίμησιν ἐμοὶ δοκεῖν τῶν παρ' Ὁμήρῳ Σειρήνων ἐποίησεν. Qua in re conſentientem habet Euſtathium, etſi jam dubitantem, utrum nomen Κηληδὼν merum ſit epitheton Sirenum, an Pindarus deſignare voluerit ἄλλά τινα ᾠδικὰ δαιμόνια, ad Odyſſ. M. p. 1709. Ἰστέον δὲ ὅτι Πίνδαρος Κηληδόνας λέγει, ποιούσας τοὺς ἀκροωμένους ἐπιλαθέσθαι τῶν τροφῶν ὑφ' ἡδονῆς καὶ οὕτως ἀφαυαίνεσθαι· οὐ πάνυ δὲ δῆλον εἴτε κηληδόνας ἐκείνας ἐπιθετικῶς τὰς Σειρῆνας λέγει, διὰ τὸν κατ' αὐτὰς, Ὅμηρος ἂν εἴποι, κηληθμὸν, εἴτε καὶ ἄλλά τινα ᾠδικὰ δαιμόνια. Unde apparet, rem ipſam prorſus in oblivione jacuiſſe actate Euſtathii. Sed omnino verum eſt, quod idem tradit ad Odyſſ. Λ. p. 1689. ἐκ δὲ τοῦ κηλεῖν καὶ αἱ παρὰ Πινδάρῳ Κηληδόνες παράγονται, ὧν Ἀθήναιος

Digitized by Google

μέμνηται (p. 290.) ὡς Σελγουσῶν οὐδὲν ἔλαττον ἦπερ αἱ τοῦ μύθου Σειρῆνες. *) Ejusdem commatis verba sunt e. g. ἀλγηδὼν, χαιρηδὼν, et, quod inprimis notandum, *Siredon*, apud Ausonium Eidyll. XI. 20.

Tres in Trinacria Siredones: *omnia trina.*

Nunc hoc modo teneamus, Κηληδόνας factas esse exemplo Sirenum Homericarum. Quae quum ita sint, dubium videri vix poterit, easdem etiam ab artificibus imitando expressas esse et collocatas in tumulis poetarum et oratorum, (ut Sirenes) id quod egregie comprobatur pulcherrimo vase, Locris reperto, in quo conspicitur figura virginis, lyram pulsantis, adscripto nomine ΚΑΛΕΔΟΝΕΣ. Nam quod literis mandavit doctissimus Mich. Ardito, **) repraesentari in isto opere imaginem

*) Habemus mythum Platonicum, huic fabulae simillimum, in Phaedro Vol. X. p. 347. seq. ed. Bip. Ibi, de cicadis ac Sirenibus agens, verbo κηλεῖν data opera usus esse videtur Philosophus: εἰ οὖν τοῖσιν (οἱ τέττιγες) καὶ νῦν, καθάπερ τοὺς πολλοὺς, ἐν μεσημβρίᾳ μὴ διαλεγομένους, ἀλλὰ νυστάζοντας, καὶ κηλουμένους ὑφ' αὑτῶν δι' ἀργίαν τῆς διανοίας, δικαίως ἂν καταγελῷεν, — ἐὰν δὲ ὁρῶσι διαλεγομένους, καὶ παραπλέοντας σφᾶς, ὥσπερ Σειρῆνας, ἀκήλητους, δ' γέρας ἔχουσι παρὰ θεῶν ἀνθρώποις διδόναι, τάχ' ἂν δοῖεν, ἀγασθέντες. Jam vide reliqua.

**) In libello, cui titulum fecit: *Illustrazione di un antico Vaso trovato nelle ruine di Locri* — Napoli 1791. Egre-

Digitized by Google

Honeſtae Voluptatis, latine ut dicam, inanis fabula eſt. Quis enim unquam vel fando audivit, vel legendo cognovit, Graecos e vocibus καλὴ et ἡδονὴ compoſuiſſe vocabulum Καλληδονὴ, eoque deſignaſſe *honeſtam* voluptatem, ſimilem Virtuti, quae apparuit Herculi Xenophonteo? Neque reliqua, quae in libello iſto, caeteroquin bonarum rerum pleno, ad ſtabiliendam hanc opinionem prolata ſunt, graece doctis facile probabuntur. Poſitum igitur ſit hoc, quod ad noſtram diſputationem maximi eſt momenti, argumentum vaſculi illius, in ſepulcro quodam reperti, referendum eſſe ad Καλληδόνας Pindaricas. Vide Heynium ad Fragmenta p. 55. Ita omnia egregie inter ſe conſpirant. Pindarus, Homerum imitatus, novum induxerat Sirenum genus, tanta item canendi vi ac dulcedine praeditum, ut audientes teneret, et in ſui admirationem raperet.

---

giam operam poſuit vir doctiſſimus in explicandis literarum formis antiquis, conſtituendaque vera inſcriptionis lectione. Sed falſam verbo illi ſubjecit ſignificationem. Quod attinet ad alteram ſententiam, me adhuc ſollicitum tenet hoc, quod nullum exemplum ſuccurrit, quo demonſtrari poſſit, Dores pronuntiaſſe καλεῖν pro κηλεῖν. Theocritus quidem, praeter alios, ἀκήλητος ſcribit. Sed Theocritus nova uſus eſt dialecto Dorica. Vide de hac re egregie diſputantem Valckenarium ad Theocr. Adon. p. 204 — 209.

Digitized by Google

Hoc exemplum intuentes artifices, et suo more imitantes, summae pulchritudinis figuram aliquam formarunt, artis musicae instrumento, velut cithara, aut lyra instructam, eamque interdum tumulis poetarum et oratorum imposuerunt. Ejusmodi signum facile permutari potuit cum Sirene, ut quae eodem fere habitu in priscae artis operibus repraesentatur. (Ita in Gorii gemmis astriferis t. 154. Siren occurrit, citharam pulsans.) Igitur recte mihi videor hirundinem e loco exturbasse, quem nimis diu obtinuit, ibique reposuisse Κηληδόνα. Atque haec conjectura dudum confirmata est judicio ac consensu Heynii, peritissimi harum rerum arbitri.

Caeterum quemadmodum nullus dubito, quin Κηληδόνες istae saepius in sepulcra cum mortuis desoenderint, in vasis scilicet graecis aut graecanicis depictae, ita veri perquam simile mihi videtur, easdem apud priscos etiam scriptores passim obliteratas jacere librariorum monachorumque culpa. Quae non de nihilo est suspicio. Latent ista ᾠδικὰ δαιμόνια, nisi omnia me fallunt, in loco quodam Luciani, a nemine adhuc intellecto. Sermo est de Nigrino philosopho, summa dicendi facultate praedito T. I. p. 41. ὁ δὲ ἀπαρξάμενος, ὦ ἑταῖρε, περὶ τούτων λέγειν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ

γνώμην διηγεῖσθαι, τοσαύτην τινά μου λόγων ἀμβροσίαν κατεσκέδασεν, ὥστε καὶ τὰς Σειρῆνας ἐκεῖνας, εἴ τινες ἄρα ἐγένοντο, καὶ τὰς ἈΗΔΟΝΑΣ, καὶ τὸν Ὁμήρου λωτὸν ἀρχαῖον ἀποδεῖξαι, οὕτω θεσπέσια ἐφθέγξατο. Solanus ibi, quas hic, ait, *Luſcinias* memoret, mihi non ſatis conſtat. *Fabuloſas* voluiſſe caetera non obſcure innuunt. Conſule Spanhem. 255. ubi de Luſciniis multa. Quid Spanhemius l. c. de luſciniis monuerit, quaerere nunc non licet. Neque tamen facile perſuaderi mihi patiar, vulgatam lectionem ibi probabili modo vel explicatam eſſe, vel contractae labis ſuſpicione liberatam. Scripſit haud dubie Lucianus: τοσαύτην τινά μου λόγων ἀμβροσίαν κατεσκέδασεν, ὥστε καὶ τὰς Σειρῆνας ἐκεῖνας, εἴ τινες ἄρα ἐγένοντο, καὶ τὰς ΚΗΛΗΔΟΝΑΣ, καὶ τὸν Ὁμήρου λωτὸν ἀρχαῖον ἀποδεῖξαι. Idem fere verborum nexus eſt in illo Athenaei loco Lib. VII. p. 290. ubi coquus quidam ἀλαζονικὸς Hegeſandri; ſive Hegeſippi, inter alia haec deblaterat:

ἐὰν δὲ δὴ λάβω
Τὰ δέοντα, καὶ τοὐπτανεῖον ἁρμόσωμ' ἅπαξ.
Ὅπερ ἐπὶ τῶν ἔμπροσθε Σειρήνων, Σύρε,
Ἐγένετο, καὶ νῦν ταὐτὸ τοῦτ' ὄψει πάλιν.
Ὑπὸ τῆς ὀδμῆς γὰρ οὐδὲ εἷς δυνήσεται
Ἁπλῶς διελθεῖν τὸν στενωπὸν τουτονί.

Ὁ δὲ παριὼν πᾶς εὐθέως πρὸς τὴν θύραν ἑστήξει ἀχανὴς, προσπεπταλευμένος. — Ἄφωνος, ἄχρις ἂν αὐτὸν τῶν φίλων βεβυσμένος τὴν ῥῖν ἕτερός τις προσδραμὼν ἀποσπάσῃ. — (Valckenarius ad Herodotum p. 526. 80. ejecta voce ἄφωνος, ex interpretamento, ut tum putabat, vocis ἀχαὶης olim adjecta, scribebat: Ἄχρις γ' ἂν αὐτὸν τῶν φίλων βέβυσμένος. — Mutata deinde sententia, in Adnotat. ad Theocrit. Adon. p. 252, interpretationem H. Stephani contra Piersonum ad Moer. Attic. p. 59. recte defendit: *ad januam stabit*, os magno diducens hiatu: „*nec enim*, quod vere scribit Stephanus, *ibi dici potest de eo qui stupefactus obmutuit, ut patet ex* ἄφωνος *paulo post sequente.* Ore autem paulo hiantis imago ad culinam velut adfixo egregie congruit, tanquam scilicet ex mente coqui, non naribus duntaxat, sed et ore suavitatem odorum, qui ex cibis afflabantur, attracturi." Suidas in v. Βησᾶς ἕστηκεν οἷον ἀχατὴς· οὗτος ἕστηκεν ἀχανὴς, καὶ παταγώδης καὶ ὑπερμωρός. Pertinet huc etiam proverbium, Λύκος ἔχανεν. — Λέγουσι δὲ τὸν λύκον, ἐπειδὰν ἁρπάσαί τι βούληται, κέχηνότα παραφίνεσθαι ἐπ' αὐτό· ὅταν οὖν μὴ λάβῃ, ὃ προαιρεῖται, κατὰ κενὸν αὐτὸν χανεῖν φασίν, quae verba sunt Suidae. Hinc eleganter Euphron in fragmento apud Athen. Lib. IX. p.

Digitized by Google

379. de homine, cui nomen erat Lycus, τοῦ γὰρ μὴ χανεῖν Λύκον διακενῆς σὺ μόνος εὕρηκας τέχνην. Quod imitatus est Aristaenetus II. Ep. XX. p. 104. Λύκος οὖν χανὰν, ὦ Λύκων, ἄπιθι διακενῆς, καὶ μηκέτι κάλει θηρία τὰς φυλαττομένας αὐτῶν περιπεσεῖν τοῖς θηρίοις. Idem nomen est Λύκων, Λύκος et Λύκιος, monente Ruhnkenio ad Rutil. Lupum p. 100. Pergit Hegesippus:

Μέγας εἶ τεχνίτης. — Ἀγνοεῖς πρὸς ὃν λαλεῖς·
Πολλοὺς ἐγὼ σφόδρ' οἶδα τῶν καθημένων
Οἳ καταβεβρώκασ' ἕνεκ' ἐμοῦ τὰς οὐσίας.

His statim subjiciuntur haec: πρὸς τῶν θεῶν τί διαφέρειν οὗτος ὑμῖν δοκεῖ τῶν παρὰ Πινδάρῳ Κηληδόνων, αἳ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ταῖς Σειρῆσι τοὺς ἀκροωμένους ἐποίουν ἐπιλανθανομένους τῶν τροφῶν διὰ τὴν ἡδονὴν ἀφαναίνεσθαι. *)

*) Quid Pindarus intellexerit nomine Κηληδόνων, se cum Eustathio nescire fatetur h. l. Casaubonus. Olearius contra hunc nodum solvisse affirmat Philostratum, qui ita de Apollinis templo scribit Vit. Apoll. VI. c. 11. ἐνὸς δὲ αὐτῶν καὶ χρυσᾶς Ἰϋγγας ἀνάψαι λέγεται, Σειρήνων τινὰ ἐπεχούσας πειθώ. Vidimus supra, librarios Κηληδόνα confudisse cum Hirundine. Nunc Olearius eandem confundit cum *motacilla*, quae graece dicitur Ἰϊγξ. „Erant vero Jynges illae motacillae aureae, quales etiam in regia Persarum suspensas Philostratus commemorat lib. I. c. 25. — Haec vero Symbola ipsius forte avis, quae ἴϋγξ Graecis dicitur, motacilla Romanis, *formam* habuere.“ Addit deinde Olearius: avem illam apud Graecos for-

Digitized by Google

Quem vero ſenſum ineſſe putabimus illi omnium obſcuriſſimo Philiſci epigrammati, quod ſervavit Plutarchus Vit. Orat. T. II. p. 836. An prorſus aliena videbitur conjectura, qua poetam non, quod Marklandus Vit. Lyſiae p. 156. adfirmat, Muſam ſuam, aut, quod Reiskio in mentem venit, ſe ipſum, ſed ſignum, in tumulo oratoris poſitum, fortaſſe Κηληδόνα, lyram pulſantem, ἀρετῆς κήρυκα, alioqui ſtatuimus?

Τῷ γὰρ ἐς ἄλλο σχῆμα μεθαρμοσθέντι, καὶ ἄλλοις
Ἐν κόσμοισι βίου σῶμα λαβόντ' ἕτερον,
Δεῖ σ' ἀρετῆς κήρυκα τεκεῖν τινα Λυσίᾳ ὕμνον —

Anal. T. I, p. 184. Vide Toupii Emend. in Suidam p. 304. ed. Lips. Jacobſii Animadv. Vol. I. P. I. p. 333. Notanda eſt dictio verſus tertii, qua utitur etiam Dioſcorides v. 4.

— ἐς χρύσεον σχῆμα μεθηρμόσατο.

Quae denique eſt iſta ἱερὰ παρθενία in epigrammate, cuius cauſa tota haec diſputatio

---

ſan eloquentiae pellacis ſymbolum eſſe ob *linguae longitudinem*. Satis ridicule! Graeci omne, quod pelliciendi vim habet ac ſeducendi, ἴυγγα vocant. Hinc Philoſtratus Κηληδόνας etiam dixit ἴυγγας. Nihil amplius. Schol. ad Theocrit. Idyll. II. 17. Ἴυγξ, ἡ λεγομένη σεισοπυγίς. ἣν φασὶν ἐν τῇ Φύσει ἔχειν ἐρωτικήν τινα πειθώ· ἀφ' ἧς καὶ πάντα ἁπλῶς τὰ εἰς Φιλίαν κινοῦντα φάρμακα, ἴυγγας λέγουσι, καὶ τὰ ἐπαγωγὰ ἄλλως καὶ χαρίεντα, κατὰ μεταφοράν.

Digitized by Google

inſtituta eſt? „Vir doctus in Cod. Scaligeri παρεσθὴν legendum eſſe notavit, eique aſſentitur Huetius p. 27. Utinam interpretationem addidiſſet doctiſſimus Praeſul, ut intelligeremus, quo ſenſu acceperit vocem in graecis ſcriptoribus vix obviam. Fortaſſe typographorum culpa depravatum eſt vocabulum, ut multa in his Huetii notis. Nec Brunckianae emendationis ſenſus ſatis perſpicuus. Παρθεσίη pro παραθεσίη ſive παράθεσις, id eſt, quod apponitur, ſaepe pro ferculis epulisque uſurpatur. An igitur Bacchus, ſe Sophoclem, ait, ut ſacrum aliquod accepiſſe donum, ſive ut deum aliquem ipſi πάρεδρον? Vulgaris ſermo ſic tuliſſet, Σοφοκλέους, παρὰ τῶν Μουσῶν ἐμοὶ πάρατεθέντος, ſive ἀνατεθέντος, ἀνάθημά τι τῶν Μουσῶν.“ Verba ſunt Jacobſii Animadv. Vol. I. P. II. p. 395. Me non poenitet ſententiae accedere Brodaei hactenus, ut poetam non ad Sirenem, ſed ad Κηληδόνα, ſacram Muſis virginem, reſpexiſſe putem. Video tamen, quid obſtet huic explicationi. Παρθενία non eſt virgo, ſed virginitas. Verum enim hunc loquendi uſum ſatis bene nuper vindicavit doctiſſimus Eichſtaedt in Specim. Quaeſt. philolog. p. 72. Quae ſi tibi non probantur, per me licet, una literula adjecta, legas ἱρὴν παρθενικὴν. At, inquit, ex ipſo epigrammate appa-

ret, Bacchum, ſive aliam perſonam tragicam, non Σειρῆνα aut Κηληδόνα in iſto tumulo ſtetiſſe. Audio! Idem tamen fateor, me non intelligere, quid impediat, quo minus non unam, ſed duas figuras in Sophoclis ſepulcro poſitas fuiſſe nobis perſuadeamus. Verbo; ſi vera eſt lectio Florilegii Planudei, de quo nemo facile dubitaverit, in Sophoclis tumulo, certe ſecundum ſententiam Dioſcoridis, efficta fuit figura Κηληδόνος, juxta poſito ſigno Bacchi, aut Satyri, manu tenentis perſonam κουρίμου παρθένου. In his aliquam agnoſco ſimilitudinem ac conjunctionem cum ſomnio Lyſandri, de quo refert Pauſanias Attic. c. XXII. p. 48. Λέγεται Σοφοκλέους τελευτήσαντος ἐσβαλεῖν ἐς τὴν Ἀττικὴν Λακεδαιμονίους, καὶ σφῶν τὸν ἡγούμενον ἰδεῖν ἐπιστάντα οἱ Διόνυσον κελεύειν τιμαῖς, ὅσαι καθεστήκασιν ἐπὶ τοῖς τεθνεῶσι, τὴν Σειρῆνα τὴν Νέαν τιμᾶν· καὶ οἱ τὸ ὄναρ Σοφοκλέα καὶ τὴν Σοφοκλέους ποίησιν ἐφαίνετο ἔχειν. εἰώθασι δὲ καὶ νῦν ἔτι ποιημάτων καὶ λόγων τὸ ἐπάγωγον Σειρῆνι εἰκάζειν. Eandem rem narrat auctor vitae Sophoclis, addens, φασὶ δὲ καὶ ὅτι τῷ μνήματι αὐτοῦ Σειρῆνα ἐπέστησαν· οἱ δὲ Κηληδόνα χαλκῆν.

Reliquum eſt, ut Hugonis Grotii verſionem examinemus T. II. p. 249.

Hoc Sophocles ſitus eſt ſub marmore, quem pia cura
Muſarum ſanctum praeſtitit a Venere.
Iliceum qui me ſpinas Phliunte terentem
Vidit, et ex auro tu mihi, dixit, eris:
Purpureamque ſimul veſtem dedit: hic requieſcunt
Illius edocti rite ſalire pedes.
Ille quidem tumulo felix; *ſed dramate de quo*
Iſta, manus portat quam tua tonſa comas?
Sive haec Antigone tibi, ſive Electra vocetur,
Non errabis, habet utraque grande decus.

Grotius, vocem παρθενία cum Obſopoeo accipiens pro virginitate, poſuit aliquid, quod reliquis veterum ſcriptorum teſtimoniis omnino repugnat. Sophocles, vel in extremo vitae actu, non modo Archippae, quam ſupra commemoravimus, verum etiam Theoridis amore irretitus fuit, teſte Athenaeo XIII. p. 592. A. Σοφοκλῆς δ' ὁ τραγῳδοποιὸς, ἤδη γέρων ὤν, ἠράσθη Θεωρίδος τῆς ἑταίρας· ἱκετεύων οὖν τὴν Ἀφροδίτην φησί·

Κλῦθί μευ εὐχομένου, Κουροτρόφε, δὸς δὲ γυναῖκα
Τήνδε νέων μὲν ἀναίνεσθαι φιλότητα καὶ εὐνὴν,
Ἣ δ' ἐπιτερπέσθω πολιοκροτάφοισι γέρουσιν,
Ἰσχὺς ἀπήμβλυνται τῶν, νοῦς θεῖος δὲ μενοινᾷ.

(Qui verſus vulgo Homero tribuuntur.) Sed huic rei obſtare videtur, quod de ſe ipſe praedicaſſe fertur Sophocles apud Platonem de Rep.

Digitized by Google

Lib. I. Vol. VI. p. 150. ed. Bip. Narrat ibi Cephalus Socratī: καὶ δὴ καὶ Σοφοκλεῖ ποτὲ τῷ ποιητῇ παρεγενόμην ἐρωτωμένῳ ὑπό τινος, Πῶς, ἔφη, ὦ Σοφόκλεις, ἔχεις πρὸς τἀφροδίσια; ἔτι οἷός τ' εἶ γυναικὶ συγγίγνεσθαι; Καὶ ὅς, εὐφήμει, ἔφη, ὦ ἄνθρωπε· ἀσμενέστατα μέντοι αὐτὸ ἀπέφυγον, ὥσπερ λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγών. Hoc alii in bonam, alii in pejorem partem interpretati ſunt, ut dubitet Leſſingius Vit. Sophocl. p. 154. quid de iſta Tragici temperantia ſit ſtatuendum. Mihi quidem hujus dicti vim optime aſſecutus eſſe videtur Athenaeus Lib. XII. p. 510. καί τοι Σοφοκλῆς γ' ὁ ποιητὴς τῶν ἀπολαυστικῶν γε εἷς ὤν, ἵνα μὴ κατηγορῇ τοῦ γήρως, εἰς σωφροσύνην ἔθετο τὴν ἀσθένειαν αὐτοῦ, τὴν περὶ τὰς τῶν ἀφροδισίων ἀπολαύσεις, φήσας ἀσμένως ἀπηλλάχθαι αὐτῶν ὥσπέρ τινος δεσπότου. Vide Plutarch. de *Cupid. Divit.* T. II. p. 525. Philoſtrat. V. A. I. c. 10. Quod vero ait Athenaeus, Sophoclem fuiſſe τῶν ἀπολαυστικῶν ἕνα, hoc in mentem revocat Jonis poetae fragmentum (Athen. Lib. XIII. p. 603. F.) quod, quoniam elegantiſſimum eſt, et ab eo loco, quem tractavimus, minime alienum, hac de tali viro ſcribendi occaſione data, illuſtrare conabimur. Sophocles igitur ad claſſem contra Samios deducendam Athenis profectus quum in inſula

Digitized by Google

Chio devertiſſet apud Hermeſilaum, ibique, ut erat homo ad omnem feſtivitatem inter pocula factus ac compoſitus, (ἀνὴρ παιδιώδης παρ' οἶνον καὶ δεξιὸς) cum puero, vinum miniſtrante, paullo liberius jocando effeciſſet, ut *pudore* parvulus *ſuffunderetur*, pulchre Phrynichum dixiſſe adfirmavit:

Λάμπει δ' ἐπὶ πορφυρέαις πορηίδι φῶς ἔρωτος.

Hoc audiens, neſcio quis, qui accumbebat, gente Eretrius, profeſſione grammatiſta, tali oratione adortus eſt Tragicorum graecorum principem: σοφὸς μὲν δὴ σύ γε εἶ, ὦ Σοφόκλεις, ἐν ποιήσει, ὅμως μέν ται γε εὖ εἴρηκε Φρύνιχος, πορφυρέας εἰπὼν τὰς γνάθους τοῦ καλοῦ· εἰ γὰρ ὁ ζωγράφος χρώματι πορφυρέῳ ἐναλείψειε τουδὶ τοῦ παιδὸς τὰς γνάθους, οὐκ ἂν ἔτι καλὸς φαίνοιτο. οὐκ ἄρα δὴ τὸ καλὸν τῷ μὴ καλῷ φαινομένῳ εἰκάζειν ἂν. Quid igitur Sophocles? Γελάσας ἐπὶ τῷ Ἐρετριεῖ Σοφοκλῆς, οὐδὲ τόδε σοι ἀρέσκει ἄρα, ὦ ξένε, τὸ Σιμωνίδειον, κάρτα δακέον τοῖς Ἕλλησιν εὖ εἰρῆσθαι,

Πορφυρέου ἀπὸ στόματος ἰεῖσα φωνὰν παρθένος;

Οὐδ' ὁ ποιητὴς, ἔφη, λέγων· Χρυσοκόμαν Ἀπόλλωνα; Χρυσέας γὰρ εἰ ἐποίησεν ὁ ζωγράφος τὰς τοῦ θεοῦ κόμας, καὶ μὴ μελαίνας, χεῖρον ἂν ἦν τὸ ζωγράφημα. Οὐδὲ ὁ φὰς, Ῥοδοδάκτυλον; εἰ γάρ τις εἰς ῥόδεον χρῶμα βάψειε τοὺς δακτύλους, πορφυροβαφοῦς χεῖρας καὶ οὐ γυναικὸς καλῆς ποιή-

Digitized by Google

σεις. (Winckelmannus parum perſpectum habuiſſe horum verborum ſenſum videtur, quum inde efficere vellet, veteres artifices Apollinem pinxiſſe χρυσοκόμαν. Quod manifeſto falſum eſt. Hoc vidit etiam, niſi fallor, Carolus Fea ad Hiſtor. Artium T. I. c. V. p. 379. Idem ſententiam totius diſputationis ita conſtituit: *Ateneo dice in ſoſtanza, che non tutto quello che compariſce bello, o bello ſi crede comunemente, è creduto tale dai pittori, e ne da alcuni eſempi meſſi in bocca di Eretrio, e di Sofocle.* Ne hoc quidem verum eſt. Sophocles, ſi quid video, probare inprimis voluit, aliam eſſe verborum, quibus poetae, aliam ſignorum, quibus artifices utuntur, ad animum vim et efficaciam; *non aequam* eſſe pictoribus atque poetis quidlibet audendi *poteſtatem*; quae digna eſt tanto viro haud dubie animadverſio. Hanc judicii ἀκρίβειαν defuiſſe ludimagiſtro graeco, non mirabuntur, qui reputaverint, noſtra etiam et patrum noſtrorum memoria in eundem errorem incidiſſe viros elegantiſſimos atque eruditiſſimos, anteaquam inventus eſſet Leſſingius, qui picturam et poeſin certis fere ac diſinitis regionibus circumſcriberet. — Toupius de hoc fragmento agens in Epiſt. Crit. p. 91. ed. Lips. ultima verba corrigit hoc modo, πορφυροβάφου χεῖρας — ποιή-

Digitized by Google

σεις. *the hands of a purple-dyer, and not of a fine woman.* Egregie!) Γελασάντων δὲ, ὁ μὲν Ἐρετριεὺς ἐνωπήθη τῇ ἐπιῤῥαπίσει, ὁ δὲ πάλιν τοῦ παιδὸς τῷ λόγῳ εἴχετο. εἴρητο γάρ μιν ἀπὸ τῆς κύλικος κάρφος τῷ μικρῷ δακτύλῳ ἀφαιρέοντα, εἰ καθορᾷ τὸ κάρφος. Φάντος δὲ καθορᾷν· ἀπὸ τοίνυν φύσησον αὐτὸ, ἵνα μὴ πλύνοιτό σου δάκτυλός. προσαγάγοντος δ' αὐτοῦ τὸ πρόσωπον πρὸς τὴν κύλικα, ἐγγυτέρω τὴν κύλικα τοῦ ἑαυτοῦ στόματος ἤγεν, ἵνα δὴ ἡ κεφαλὴ τῇ κεφαλῇ ἀσσοτέρα γένηται. ὡς δ' ἦν οἱ κάρτα πλησίον, προσλαβὼν τῇ χειρὶ, ἐφίλησεν. ἐπικροτησάντων δὲ πάντων σὺν γέλωτι καὶ βοῇ, ὡς εὖ ὑπηγάγετο τὸν παῖδα, μελετῶ, εἶπε, στρατηγεῖν, ὦ ἄνδρες, ἐπειδήπερ Περικλῆς ποιεῖν μὲν ἔφη με, στρατηγεῖν δ' οὐκ ἐπίστασθαι. ἆρ' οὖν οὐ κατ' ὀρθόν μοι πέπτωκε τὸ στρατήγημα; Utrum Pericles in hoc convivio interfuerit, e verbis Jonis Chii conſtitui non poteſt. Neque tamen dubito, quin huc referenda ſit narratio, quae extat apud Ciceronem Offic. Lib. I. 40. „Turpe eſt — valdeque vitioſum, in re ſevera convivio dignum, aut delicatum aliquem inferre ſermonem. Bene Pericles, cum haberet collegam in praetura Sophoclem poetam, hique de communi officio conveniſſent, et caſu formoſus puer praeteriret, dixiſſetque Sophocles, *O puerum pulchrum, Pericle! At enim prae-*

torem, Sophocle, decet non ſolum manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere.“ Sententiam noſtram confirmare videtur Plutarchus in Pericle p. 156. — Pergit Jon Chius: τοιαῦτα πολλὰ δεξιῶς ἔλεγέν τε καὶ ἔπρησσεν, ὅτε πίνοι ἢ ΠΡΑΣΣΟΙ. τὰ μέν τοι πολιτικὰ οὔτε σοφὸς, οὔτε ῥεκτήριος ἦν, ἀλλ' ὡς ἄν τις εἷς τῶν χρηστῶν Ἀθηναίων. Toupius l. c. „quod legitur, ait, ἔλεγεν καὶ ἔπρησσεν, ὅτε πίνοι ἢ πράσσοι, longe ineptiſſimum eſt. Scribendum omnino, ὅτε πίνοι ἢ παίζοι, *cum biberet, vel hilarior eſſet.*“ Hoc vehementer languet et a vulgata lectione nimis recedit. Scripſiſſe videtur Jon, ΒΡΥΑΖΟΙ, *quum biberet, aut convivaretur.* Heſychius. ἐβρύαζεν. εὐωχεῖτο. ἐβρυάζοντο. εὐφραίνοντο. Archilochus βρύζειν dixit, ſi vera eſt lectio, apud Athen. Lib. X. p. 447. B.

Ὥιπερ πρὸς αὐλὸν βρύτον ἢ Θρηΐξ ἀνὴρ
Ἡ Φρὺξ ἔβρυζε, κύβδ' ἔην πωλευμένη.

Ita locum emendavit Toup. Emendat. in Suidam P. II. p. 230. Aemilianus ep. II. Anal. T. II. p. 275.

Τέχνας εἵνεκα σεῖο καὶ ἀ λίθος οἶδε βρυάζειν
Πραξίτελες· λῦσον, καὶ πάλι κωμάσομαι.

Atque haec de Sophocle, qui erat εἷς τις τῶν χρηστῶν Ἀθηναίων, *quod quidem animal haud contemnendum eſt*, ut ſcribebat Toupius, homo feſtivus.

Digitized by Google

Erycii.

Αἰεί τοι λιπαρῷ ἐπὶ σήματι, δῖε Σοφόκλεις,
Σκηνίτης μαλακοὺς κισσὸς ἅλοιτο πόδας,
Αἰεί τοι βούπαισι περιστάζοιτο μελίσσαις
Τύμβος, Ὑμηττείῳ λειβόμενος μέλιτι.
Ὡς ἄν τοι ῥείῃ μὲν ἀένναος Ἀθηίδι δέλτῳ
Κηρὸς, ὑπὸ στεφάνοις δ' αἰὲν ἔχῃς πλοκάμους.

Anal. T. II. p. 298. Anthol. Planud. III. Tit. XXV. ep. 40. Brodaeus ad verſum 2. „ἅλοιτο πόδας. κινοῖτο. ſuper tumulum repat, eumque amplectatur. *pedibus ſaltet.*“ Obſopoeus vertit: O divine Sophocles, utinam tibi apud opimum ſeu pingue ſepulcrum ſcenica hedera ſemper ſaliat. Deinde haec addit: notabis μαλακοὺς πόδας pro μαλακοῖς ποσὶ poni. Hos interpretes ſecutus eſt Grotius:

Semper ad hunc tumulum molli pede, *magne Sophocles,*
Saltet, *ſcenarum gloria*, frons hederae.

Formae ἅλεσθαι πόδας, pro ποσὶ, an alibi exemplum occurrat, vehementer dubito. Et fateor, me hunc locum olim de mendo ſuſpectum habuiſſe, adeo, ut verbo ἅλοιτο aliud ſubſtituendum putarem, cui *alligandi* vel *im-*

Digitized by Google

plicandi notio ſubeſſet, pedesque non hederae, ſed Sophoclis intelligerem, hoc ſenſu: *Semper tibi, o Sophocles, molles pedes implicet, alliget hedera.* Hac in re mirum in modum me confirmabat Propertius IV. El. VII. 79.

Pelle hederam tumulo, *mihi quae pugnante corymbo*
Mollia *contortis* alligat oſſa *comis.*

Utrumque autem poetam ex eodem fonte ſua derivaſſe, ſuadere etiam videbatur verſus epigrammatis 6.

— ὑπὸ στεφάνοις δ' αἰὲν ἔχῃς πλοκάμους.

Ita fere Propertius III. El. V. 21. (III. El. III. 43.)

Me juvat in prima coluiſſe Helicona juventa,
Muſarumque choris implicuiſſe manus.
Me juvat et multo mentem vincire Lyaeo,
Et caput in verna ſemper habere roſa.

Hunc enim locum male quidam, in his Burmannus, de pulvillis, roſa fartis, accipiendum eſſe arbitrantur. Cicero de Finib. II. 20. *quem quidem* (Regulum) *cum ſua voluntate, nulla vi coactus, praeter fidem, quam dederat hoſti, ex patria Carthaginem revertiſſet — clamat virtus beatiorem fuiſſe, quam* potantem in roſa *Thorium.* Vide Gronov. ad Senec. Vit. Beat. c. 11. Nicaenetus ep. VII. Anthol.

Digitized by Google

Planud. I. Tit. LIX. Anal. T. I. p. 417. Οἰνός τοι χαρίεντι μέγας πέλει ἵππος ἀοιδῷ·

Τοιγὰρ ὑπὸ στεφάνοις μέγας ἔβρυεν, εἶχε δὲ κισσῷ

Μέτωπον, ὥσπερ καὶ σὺ, κεκροκωμένον.

Quae eſt Cod. Vatic. lectio, meo quidem ſenſu, optima. Nam δόμος pro μέγας, quod legitur apud Athen. L. II. p. 39. C. ad hunc locum minime accommodatum videtur. Horat. I. Epiſt. XIX. 44.

— *fidis enim* manare poetica mella
Te ſolum, tibi pulcher.

Sed nihil temere mutandum eſſe in epigrammate Erycii apparet e Philippi ep. XLV. Anal. T. II. p. 224.

Λάθριον ἑρπηστὴν σκολιὸν πόδα, κισσὲ, χορεύσας,

Ἄγχεις τὴν Βρομίου βοτρυόπαιδα χάριν.

Accedit auctoritas Suidae in v. Ἄλοιτο, quod explicat verbo κινοῖτο, ratione habita epigrammatis Erycii. Verbis igitur neutris ἄλλεσθαι et χορεύειν agendi vim hic etiam tributam videmus, quod alibi non obſervatum viris doctiſſimis interdum fraudi fuit. Euripides Hecub. 53.

— περᾷ γὰρ ἥδ' ἀπὸ σκηνῆς πόδα

Ἀγαμέμνονος, φάντασμα δειμαίνουσ' ἐμόν.

Hic Wakefield in Diatr. Extempor. p. 10. ſcribit: „At heus! tu: quidnam hoc eſt, περᾷ πόδα? Monſtrum puto — cujus nihil ſimile

in tragicis, opinor, extat; et procurandum. Reſcripſerim: *περᾷ ποδί.*" Huic emendationi nullo modo favet, quem excitat vir acutiſſimus, Eurip. Phoen. 100. *κίδρου παλαιὰν κλίμακ' ἐκπέρα ποδί.* Nam aliud plane dicendi genus eſt *ἐκπερᾶν τι ποδὶ*, atque *περᾶν πόδα*, de cujus ſinceritate dubitare nos non ſinunt exempla Philippi et Erycii. Uſum iſtum verborum neutrorum, quem tranſitivum vocant, Atticorum proprium eſſe adfirmat Euſtathius ad Il. I. 77. (*τίς ἂν τάδε γηθήσειεν*) p. 631. 18. *Ἀττικίζει Ὅμηρος. — Φασὶ δὲ καὶ Κρατῖνον οὕτω που γράψαι, Γέγηθα τὸν ἄνδρα· τοιοῦτον καὶ παρ' Εὐριπίδῃ τὸ, τοὺς εὐσεβεῖς θεοὶ θνήσκοντας οὐ χαίρουσι.* (Hippol. v. 1339.) *καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ· Ἥσθην πατέρα τε τὸν ἐμὸν εὐλογοῦντά σε.* (Philoct. v. 1314.) Eſt ea veterum Grammaticorum conſuetudo, ut rara quaevis Attica vocent. Nam verba neutra, quibus veteres Attici vim agendi tribuerint, perpauca repertum iri, recte monet Valckenarius ad Hippolytum p. 310. Is in locis allatis Homeri, Cratini, Euripidis, participium *ὁρῶν* ſupplendum eſſe arbitratur, quemadmodum Brunckius ad Sophoclis l. c. et ad Aj. v. 790.

ὡς ἥκει Φέρων
Αἴαντος ἡμῖν πρᾶξιν, ἣν ἤλγησ' ἐγὼ,

ſupplet participium *ἀκούων.* Scholiaſtes apud

Digitized by Google

Villoiſonum ad Iliadis l. c. οὐ λείπει τὸ ὁρᾶν, ἀλλ' ἔστι παλαιὰ συνήθεια ἡ ἐξ ἀντικειμένου, οἷον, τίς οὐκ ἂν κλαύσειε; καὶ ἐν Πανόπταις ὁ Κρατῖνος, γέγηθα τὸν ἄνδρα. Omnino ea inprimis verba, quae dolorem, laetitiam, caeterasque animi perturbationes vehementiores exprimunt, cum quarto caſu conſtrui, non ſolum apud Graecos, ſed etiam apud Latinos, videntur, ut *pallere aliquid*, Horat. III. Carm. 27. 26.

et ſcatentem
Beluis pontum mediasque fraudes
Palluit *audax.*

Perſ. Satir. III. 43. *et intus* Palleat *infelix*, quod *proxima neſciat uxor.* Ita *pavere funera* Horat. IV. Carm. 14. 49. Propert. IV. El. V. 38. *has artes ſi* pavet *illa*, *teneſ.* Horat. IV. Carm. 9. 13. *Non ſola comtos* arſit *adulteri Crines.* Sophocles Aj. 136.

Σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω
Σὲ δ' ὅταν πλαγὰ Διὸς ἢ ζαμενὴς
Λόγος ἐκ Δαναῶν κακόφρονος ἐμβῇ,
Μέγαν ὄκνον ἔχω.

Hic etiam ellipſin participii ὁρῶν locum habere credit Brunckius. Sed verborum compoſitorum alia eſſe ratio videtur. Scholiaſtes quidem rem ita expedit: ἐπιχαίρω ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐπὶ κακοῦ λαμβάνεται· νῦν δὲ ἐπὶ καλοῦ κεῖται, τῆς Ἐπὶ πρὸς τὸ Σὲ συνταττομένης, ὅπερ καὶ

εἰς τὸ ἐπιβῆ ποιήσεις. Atque haec Scholiastae animadversio egregie confirmat canonem, ab Abreschio datum, Lect. Aristaenet. p. 86. *Verba e praepositionibus composita omne admittere regimen, quod praepositio, ex qua componuntur, nisi peculiaris quaepiam obstet verbi significatio.* Hinc restituenda est Moscho antiqua lectio in carmine, quod Anthologiae graecae inseruit Brunckius Anal. T. I. p. 410.

Ἥρα Πὰν Ἀχῶς τᾶς γείτονος, ἤρατο δ' Ἀχὼ
Σκιρτητᾶ Σατύρῳ, Σάτυρος δ' ἐπεμήνατο Λύδᾳ.
Ὡς Ἀχὼ τὸν Πᾶνα, τόσον Σάτυρος Φλέγεν Ἀχῶ,
Καὶ Λύδα Σατυρίσκον. Ἔρως δ' ἐσμύχετ' ἀμοιβᾷ.
Ὅσσον γὰρ τήνων τις ἐμίσεε τὸν Φιλέοντα,
Τόσσον ὁμῶς Φιλέιαν ἐχθαίρεσκε, πάσχε δ' ἃ ποίει.
Ταῦτα λέγω πᾶσι τὰ διδάγματα τοῖς ἀνεράστοις·
Στέργετε τοὺς Φιλέοντας, ἵν', ἢν Φιλέητε, Φιλῆσθε.

Secutus Brunckium Valckenarius in nova carminum Theocriti, Bionis et Moschi editione recepit etiam v. 2. ἐπεμαίνετο Λύδᾳ, posthabita, quam Stobaeus Gesner. p. 389. suppeditat, lectione:

Σκιρτητᾶ Σατύρῳ, Σάτυρος δ' ἐπεμήνατο Λύδαν.

Scio et fateor, nihil magis tritum esse altera forma, ἐπιμαίνεσθαί τινι. Homer. Il. Z. 160.

Τῷ δὲ γυνὴ Προίτου ἐπεμήνατο, δῖ' Ἀντεια,
Κρυπταδίῃ φιλότητι μιγήμεναι.

Digitized by Google

Quod Latini ubique imitantur. Horat. Sermon. I. IV. 27.

Hic nuptarum insanit amoribus, *hic puerorum*.

Lucian. Dial. Marit. T. I. p. 238. Καλὸν ἐραστὴν, ὦ Γαλάτεια, φασὶ τὸν Σικελὸν τοῦτον ποιμένα ἐπιμεμηνέναι σοί. Ubi T. Hemsterhusius: usus verbi, ait, frequentissimus et Homero notus Il. Z. 160. perinde ac περιμαίνεσθαι τινὰ vel τινὶ, ἐμμαίνεσθαι, περιμανῶς, ἐπιμανῶς, ἐμμανῶς ἔχειν. — Verissimam esse lectionem,

Σάτυρος, δ' ἐπεμαίνετο Λύδαν,

non solum propterea persuasum mihi habeo, quod ἐπιμαίνεσθαί τι apud Philonem p. 416. B. inveniri testatur Abreschius l. c. sed quia usu etiam et imitatione Romanorum haec forma stabilitur. Propertius II. El. XXXIV. 25. (II. El. XXV. 25.)

Lynceus ipse meus seros insanit amores.

Parum vero abfuit, quin hoc etiam loquendi genus exturbarent ac proscriberent viri docti. Apud Horatium II. Serm. III. 301. editur vulgo:

Qua me stultitia, (*quoniam non est genus unum*)
Insanire *putas*?

Sed Lambinus e conjectura, et Cruquius postea e codice Martinio dederunt: Quam *me* stultitiam insanire *putas*. De qua lectione ita statuit magnus ille Bentlejus: *certe plus fidei*

vel uni codici habendum eſt in ſervando Hellenismo, *quam centum in* interpolando. Baxterus contra: *Bentlejus*, inquit, *adductus auctoritate unius tantum codicis, repoſuit*, Quam me ſtultitiam, *pro* Qua me ſtultitia. *Quae rara, cara.* Hoc nollem dictum. Horatius ipſe Hellenismum illum confirmat II. Serm. III. 63.

Huic ego vulgum
Errori ſimilem *cunctum* inſanire *docebo.*

Similis eſt Graecorum dictio, αἴθειν χόλον, *ira exardeſcere*, quam non intelligens Planudes in epigrammate XX. Pauli Silentiarii Anthol. L. VII. p. 596. ed. Wechel. edidit:

Παρθένε συμολέαινα, καὶ εἰ χόλον ἔνδικον ἔσχες,
Σβέσσον ἀγηνορίην, ἔγγυς ἰὸν ἐς Νέμεσιν.

Sed recte Brunckius Anal. T. III. p. 82. revocavit e codice lectionem αἴθειν. Juvenal. I. Satyr. I. 165.

Enſe velut ſtricto quoties Lucilius ardens
Infremuit, rubet auditor, *cui frigida mens eſt*
Criminibus, tacita ſudant praecordia culpa.

Ubi nota pulcherrimam verborum, a rebus corporeis ad animum traductorum, oppoſitionem. In Moſchi carmine v. 3. Σάτυρος φλέγεν Ἀχιῶ, h. e. *amorem ſui in ea excitabat*, quemadmodum Jupiter a Propertio dicitur *Semela combuſtus* II. El. XXX. 29. non *ambu-*

stus, quod, nescio quis, voluit reponere. Apud Pindarum Olymp. X. 90. Luna *urit* ἕσπερον, h. e. radiis ac lumine suo collustrat:

Καὶ σύμμαχίᾳ θόρυβον
Παραίθυξε μέγαν.
Ἐν δ' ἕσπερον ἔφλεξεν εὐώπιδος
Σελάνας ἐρατὸν φάος.
Ἀείδετο δὲ πᾶν τέμενος τερπναῖ-
σι θαλίαις τὸν ἐγκώμιον ἀμφὶ τρόπον.

Quae verba simul illustrant elegantissimum locum Horatii I. Carm. IV. 5.

Jam Cytherea choros ducit Venus, imminente Luna:
Junctaeque Nymphis Gratiae decentes
Alterno terram quatiunt pede; dum graves Cyclopum
Vulcanus ardens urit *officinas*.
Nunc decet aut viridi nitidum caput impedire myrto,
Aut flore, terrae quem ferunt *solutae*.

Hic igitur, si verba per se spectes, Vulcanus *ardens urit* officinas, plane ut apud Juvenalem, Lucilio *ardente*, *rubet* auditor. Sed alius est verborum nexus, alius sententiarum. Uterque poeta exprimere voluit vocem graecam αἴθων, quae nunc de animo inflammato, nunc de homine adhibetur, sole aut igne perusto; ut in Alexidis fragmento Excerpt. Grot. p. 55.

Aethiops, *Ustus et Eoo decolor Indus equo* (Propert. IV. El. III. 10.) vocatur αἴθων ἀνήρ. (Vide Heynium ad Tibull. II. El. III. 55.) Vulcanum quidem, βάναυσον καὶ χαλκέα, καὶ πυρίτην, καὶ ἐν καπνῷ τὸ πᾶν βιοῦντα, καὶ σπινθήρων ἀνάπλεων, οἷα δὴ καμινευτὴν, ut loquitur Lucianus Sacrif. c. 6. T. I. p. 531. hoc etiam sensu dicere Horatius potuit *ardentem*; (cf. Homer. Il. Σ. 410 — 415.) ignemque, dum Venus saltaret, in officina accendentem, secundum praeclaram summae antiquitatis imaginem, qua maritus, bene cupiens uxori, ignem in foco conjugis accendere perhibetur. Aeschylus Agam. 1445. de Clytemnestra:

Οὔ μοι φόβου μέλαθρον ἐλπὶς ἐμπατεῖν,
Ἕως ἂν αἴθῃ πῦρ ἐφ' ἑστίας ἐμᾶς
Αἴγισθος, ὡς τὸ πρόσθεν εὖ φρονῶν ἐμοί.

Neque alio sensu vetus poeta Vulcanum vocasse videtur αἰθαλόεντα θεὸν, (quem *ardentem deum* dicit Claudianus LXXII. 3.) si recte intelligimus Suidam in v. Αἰθαλόεν. κεκαυμένον — Αἰθαλόεις θεός. ὁ Ἥφαιστος, ὡς χαλκεύς, ὁ αὐτὸς δὲ καὶ κλυτοτέχνης λέγεται, ὡς ἔχων ἔνδοξον τὴν χαλκευτικήν. Caeterum cum Horatii loco pulcherrimo, quem descripsimus, inprimis componendum esse fragmentum τῶν Κυπρίων apud Athen. XV. p. 682. nuper admodum a nobis monitum est:

Ἡ δὲ σὺν ἀμφιπόλοισι φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη
Πλεξαμένη στεφάνους εὐωδέας, ἄνθεα γαίης,
Ἂν κεφαλαῖσιν ἔθεντο θεαὶ λιπαροκρήδεμνοι
Νύμφαι καὶ Χάριτες, ἅμα δὲ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ
Καλὸν ἀείδουσαι κατ' ὄρος πολυπιδάκου Ἴδης.

CAPUT II.

Epigramma in Meleagri tumulum corrigitur. Deum humano corde quo ſenſu Propertius dixerit Amorem! Mythus Platonicus de parentibus Amoris, Πόρῳ et Πενίᾳ. Amor et Pſyche. Epigramma Meleagri in duas partes diviſum. Ἀντέρως. Loca quaedam difficiliora Propertii, Euripidis ac Sophoclis illuſtrantur. Explicatio epigrammatis propoſiti.

Meleagri.

Πτανὲ, τί σοι σιβύνη, τί δὲ καὶ συὸς εὖαδε δέρμα;
Καὶ τίς ἐὼν, στάλας σύμβολον ἐσσὶ τίνος;
Οὐ γὰρ Ἔρωτ' ἐνέπω σε. τί γάρ; νεκύεσσι πάροικος
Ἵμερος; αἰάζειν ὁ θρασὺς οὐκ ἔμαθεν.
Οὐδὲ μὲν οὐδ' αὐτὸν ταχύπουν Κρόνον. ἔμπαλι γὰρ δὴ
Κεῖνος μὲν τριγέρων· σοὶ δὲ τέθηλε μέλη.
Ἀλλ' ἄρα, ναὶ δοκέω γὰρ, ὁ γᾶς ὑπένερθε σοφιστὰς
Ἐσσὶ. σὺ δ', ὁ πτερόεις τοὔνομα τοῦδε λόγος.
Ἀελίῳ δ' ἀμφῆκες ἔχεις γέρας, ἔς τε γέλωτα
Καὶ σπουδὰν, καί που μέτρον ἐρωτύγράφον....

Anthol. Planud. III. Tit. XXV. ep. 71. Anal. T. 1. p. 38. Amor, in tumulo poſitus, hoc nomine dici potuit πάροικος νεκύεσσι Ἵμερος v. 3. quatenus cum mortuis quaſi habitare

videretur. Sed respexit auctor epigrammatis ad elegantem dictionem, qua amor omnino hominibus παροικεῖ, συνοικεῖ. Xenophon. Sympos. VIII. 24. ὅ τε γὰρ οἶνος συνεπαίρει, καὶ ὁ ἀεὶ σύνοικος ἐμοὶ ἔρως κεντρίζει εἰς τὸν ἀντίπαλον ἐρᾶντα αὐτῷ παῤῥησιάζεσθαι. Meleager ep. LII. v. 7. Καίτοι Καδμεῖον κράτος οἴσομεν, εἴ σε πάροικον ψυχῇ συζεύξω. Propert. II. El. XII. 17.

Quid tibi jucundum siccis habitare *medullis?*

Hoc tamen universe de curis, animum angentibus, dici notum est. Clytaemnestra apud Sophoclem Electr. 783.

— ἡμέρᾳ γὰρ τῇδ' ἀπήλλαγμαι φόβου
Πρὸς τῇδ', ἐκείνου δ'. ἥδε γὰρ μείζων βλάβη
Σύνοικος ἦν μοι, τοὺμὸν ἐκπίνουσ' ἀεὶ
Ψυχῆς ἄκρατον αἷμα.

Quem locum ob oculos habuisse crediderim Theocritum Eid. II. 55. ubi iterum sermo est de Amore:

Αἴ αἴ, Ἔρως ἀνιαρέ, τί μευ μέλαν ἐκ χροὸς αἷμα,
Ἐμφὺς ὡς λιμνᾶτις ἅπαν ἐκ βδέλλα πέπωκας;

ut contra Theocritum nemo melius expressit Horatio A. P. 474. ubi de poeta inepto, eodemque sua unice amante loquitur, qui

Indoctum doctumque fugat recitator acerbus:
Quem vero arripuit, tenet occiditque legendo

Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo.

Versum epigrammatis octavum egregie perpo-

livit Brunckius; lapsus idem in refingendo nono, quem ita interpolavit:

Ἐν προβολῇ δ' ἀμφῆκες ἔχεις γέρας, ἐς τε γέλωτα —

Sed ridiculum prorsus est Planudis commentum, qui vitiosam Codicis Vaticani scripturam, ΑΛΙΩι ΑΙΔ' ἀμφῆκες, corrigendam esse putabat ita, ut legeret, ἀεθλίῳ δ' ἀμφῆκες ἔχεις γέρας. Quid, quaeso, hoc est? Brodaeus vertit *vivis hominibus*; Oblopoeus: *in sole*, id est, *in vita* anceps habebas munus et ad risum et ad serium. Similiter Grotius, interpres elegantissimus:

Viventique fuit par vis, *seu seria mallet*
Seu joca, materiam sive Cupido dabat.

Haec satis non fecisse Brunckio, quis miretur? Sed neminem adhuc vidi, qui admittendam censeret emendationem, ἐν προβολῇ, cui veteris scripturae nec vola inest, nec vestigium. Aliam igitur viam ingressus Jacobsius Animad. Vol. I. P. I. p. 145. correxit: ἀ λαιὰ δ' ἀμφῆκες ἔχει γέρας, sive, ἐν λαιᾷ. — Epigrammatum scriptores, qui opera artium adspectabilia exponunt, saepenumero utuntur formula, οὐ μάτην, ut significent, rem aliquam *non frustra*, sed dedita opera ab artifice fuisse adjectam. Antipater Sidon. Anal. II. p. 51. ep. XCI.

Οὐχὶ μάτην ἑστᾶσα, φέρω δέ τι σύμβολον ἀλκᾶς
Ἀνέρος· ἦν γὰρ ἐὴ ξυσμινέεσσι λέων.

Digitized by Google

Palladas ep. XCIV. Anal. T. II. p. 426.

Γυμνὸς Ἔρως διὰ τοῦτο γελᾷ καὶ μείλιχός ἐστιν
Οὐ γὰρ ἔχει τόξον, καὶ πυρόεντα βέλη.
Οὐδὲ μάτην παλάμαις κατέχει δελφῖνα καὶ ἄνθος
Τῇ μὲν γὰρ ἠαῖαν, τῇ δὲ θάλασσαν ἔχει.

Plura exempla cumulare nihil attinet. Aut enim egregie fallor, aut Meleager scripsit:

ΑΛΛΩΣΟΤΔ' ἀμφῆκες ἔχεις γέρας, ἔς τε γέλωτα
Καὶ σπουδάν, καί που μέτρον ἐρωτογράφον.

Vide Eurip. Orest. 708. Plato Phaedr. p. 338. G. καὶ φιλοτιμουμένους ἐπιδείκνυσθαι πρὸς ἅπαντας, ὅτι οὐκ ἄλλως πεπόνηται. Idem autem οὐ μάτην atque οὐκ ἄλλως. Timaeus. οὐκ ἄλλως προνοεῖ. οὐ μάτην. Ubi vide D. Ruhnkenium. Hesychius. Οὐ μάτην. οὐκ ἀληθῶς. forte, οὐκ ἄλλως. Strato ep. XXIV. Anal. T. II. p. 364. ὅτ' οὐδ' ἄλλως ἠδὲν ἔχω σε φίλον. Propertius, qui istam, priscae artis opera describendi rationem, qua singulis partibus probabilis subjicitur interpretatio, pulchre imitatus est Lib. II. El. XII. hanc etiam emendationem confirmat:

Quicunque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem,
Nonne putas miras hunc habuisse manus?
Hic primum vidit, *sine sensu vivere amantes,*
Et levibus curis magna perire bona.
Idem non frustra *ventosas addidit alas.*

Sequitur pentameter, levibus ille Criticorum

conjecturis diu multumque vexatus, ſed, ſi quis alius, probus ac ſincerus,

Fecit et humano corde *volare* deum.

Nam quid ſibi velit *deus humano corde*, optime interpretatur Propertius ipſe his verbis:

Scilicet alterna quoniam jactamur in unda
Noſtraque non ullis permanet aura locis.

(Pindar. Isthm. IV. 6. Ἄλλοτε δ' ἀλλοῖος οὖρος πάντας ἀνθρώπους ἐπαΐσσων ἐλαύνει.) Haec ſenſum omnino nullum haberent, ſi ſcripſiſſet poeta *humano ore*, ſive *haud vano corde* Deum. Quo vero auctore Propertius, unus omnium poetarum latinorum doctiſſimus, Amorem dixit deum humano corde? divinae pariter atque humanae naturae participem? Fortaſſe is in animo habuit diſputationem, quam cum Socrate inſtituiſſe fingitur Diotima in Sympoſio Platonico c. XXII. ſeq. Poſteaquam ibi docuiſſet femina prudentiſſima, Amorem boni pulchrique cupidine teneri, utroque nimirum carentem, id quod cadere non poteſt in naturam divinam, quaerit Socrates c. XXIII. Τί οὖν ἄν, ἔφην, εἴη ὁ Ἔρως θνητός; Ἥκιστά γε. Ἀλλὰ τί μήν; Ὥσπερ τὰ πρότερα, ἔφη, μεταξὺ θνητοῦ καὶ ἀθανάτου. Τί οὖν, ὦ Διότιμα; — Δαίμων μέγας, ὦ Σώκρατες. καὶ γὰρ πᾶν τὸ δαιμόνιον μεταξύ ἐστι θεοῦ τε καὶ θνητοῦ. — Quae deinceps de daemonum poteſtate atque

officio disputat Diotima, ea si quis accuratius cum Prologo *Rudentis* Plautino comparaverit, fieri non potest, quin utrumque locum ex eodem fonte, fortasse e disciplina Pythagorica, fluxisse mecum statuat. Sed haec praetereuntes attigisse satis habemus. Magis ad deum istum, humano corde praeditum, pertinet mythus, qui sequitur, Platonicus de parentibus Amoris Πόρῳ et Πενίᾳ, ejusque interpretatio: ἡ οὖν Πενία ἐπιβουλεύουσα, διὰ τὴν αὑτῆς ἀπορίαν, παιδίον ποιήσασθαι ἐκ τοῦ Πόρου, κατακλίνεταί τε παρ' αὐτῷ καὶ ἐκύησε τὸν Ἔρωτα. — ἅτε οὖν Πόρου καὶ Πενίας υἱὸς ὢν ὁ Ἔρως, ἐν τοιαύτῃ τύχῃ καθέστηκε. — τὴν τῆς μητρὸς φύσιν ἔχων, ἀεὶ ἐνδείᾳ ξύνοικος. κατὰ δὲ αὖ τὸν πατέρα, ἐπίβουλός ἐστι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ τοῖς καλοῖς, ἀνδρεῖος ὢν, καὶ ἴτης, καὶ ξύντονος — σοφίας τε αὖ καὶ ἀμαθίας ἐν μέσῳ ἐστίν. — πατρὸς μὲν γὰρ σοφοῦ ἐστι καὶ εὐπόρου, μητρὸς δὲ οὐ σοφῆς καὶ ἀπόρου. Detracto fabulae involucro, pater iste Amoris philosopho Pythagoreo aut Platonico diceretur νοῦς seu λόγος, mater ψυχή. filius, ex hoc connubio natus, Euripidi, in scena philosopho, est Ἔρως μαινομένᾳ κραδίᾳ (Hippol. 1274.) Xenophonti, qui communem habuit cum Platone auctorem, Δαίμων μέγας, ψυχῇ ἀνθρώπου ἰσούμενος (Sympos. VIII. 1.) Propertio, elegantissimo Graecorum

CAPUT II.

Epigramma in Meleagri tumulum corrigitur. Deum humano corde quo ſenſu Propertius dixerit Amorem! Mythus Platonicus de parentibus Amoris, Πόρῳ et Πενίᾳ. Amor et Pſyche. Epigramma Meleagri in duas partes diviſum. Ἀντέρως. Loca quaedam difficiliora Propertii, Euripidis ac Sophoclis illuſtrantur. Explicatio epigrammatis propoſiti.

Meleagri.

Πτανὲ, τί σοι σιβύνη, τί δὲ καὶ συὸς εὖαδε δέρμα;
Καὶ τίς ἐὼν, στάλας σύμβολον ἐσσὶ τίνος;
Οὐ γὰρ Ἔρωτ' ἐνέπω σε. τί γάρ; νεκύεσσι πάροικος
Ἵμερος; αἰάζειν ὁ ῥᾳσὺς οὐκ ἔμαθεν.
Οὐδὲ μὲν οὐδ' αὐτὸν ταχύπουν Κρόνον. ἔμπαλι γὰρ δὴ
Κεῖνος μὲν τριγέρων· σοὶ δὲ τέθηλε μέλη.
Ἀλλ' ἄρα, ναὶ δοκέω γὰρ, ὁ γᾶς ὑπένερθε σοφιστὰς
Ἐσσὶ. σὺ δ', ὁ πτερόεις τοὔνομα τοῦδε λόγος.
Ἀελίῳ δ' ἀμφῆκες ἔχεις γέρας, ἤς τε γέλωτα
Καὶ σπουδὰν, καί που μίτρον ἐρωτύγράφον....

Anthol. Planud. III. Tit. XXV. ep. 71. Anal. T. 1. p. 38. Amor, in tumulo poſitus, hoc nomine dici potuit πάροικος νεκύεσσι Ἵμερος v. 3. quatenus cum mortuis quaſi habitare

videretur. Sed respexit auctor epigrammatis ad elegantem dictionem, qua amor omnino hominibus *παροικεῖ, συνοικεῖ*. Xenophon. Sympos. VIII. 24. *ὅ, τε γὰρ οἶνος συνεπαίρει, καὶ ὁ ἀεὶ σύνοικος ἐμοὶ ἔρως κεντρίζει εἰς τὸν ἀντίπαλον ἔρωτα αὐτῷ παρρησιάζεσθαι*. Meleager ep. LII. v. 7. *Καίτοι Καδμεῖον κράτος οἴσομεν, εἴ σε πάροικον ψυχῇ συζεύξω*. Propert. II. El. XII. 17.

Quid tibi jucundum siccis habitare *medullis?*

Hoc tamen universe de curis, animum angentibus, dici notum est. Clytaemnestra apud Sophoclem Electr. 783.

— ἡμέρᾳ γὰρ τῇδ' ἀπήλλαγμαι φόβου
Πρὸς τῇσδ', ἐκείνου δ'. ἥδε γὰρ μείζων βλάβη
Ξύνοικος ἦν μοι, τοὐμὸν ἐκπίνουσ' ἀεὶ
Ψυχῆς ἄκρατον αἷμα.

Quem locum ob oculos habuisse crediderim Theocritum Eid. II. 55. ubi iterum sermo est de Amore:

Αἲ αἲ, Ἔρως ἀνιαρέ, τί μευ μέλαν ἐκ χροὸς αἷμα
Ἐμφὺς ὡς λιμνᾶτις ἄπαν ἐκ βδέλλα πέπωκας;

ut contra Theocritum nemo melius expressit Horatio A. P. 474. ubi de poeta inepto, eodemque sua unice amante loquitur, qui

Indoctum doctumque fugat recitator acerbus:
Quem vero arripuit, tenet occiditque legendo

Non missura cutem, nisi plena cruoris, hirudo.

Versum epigrammatis octavum egregie perpo-

Digitized by Google

livit Brunckius, lapsus idem in refingendo nono, quem ita interpolavit:

Ἐν προβολᾷ δ' ἀμφῆκες ἔχεις γέρας, ἐς τε γέλωτα —

Sed ridiculum prorsus est Planudis commentum, qui vitiosam Codicis Vaticani scripturam, ΑΛΙΩι ΑΙΔ' ἀμφῆκες, corrigendam esse putabat ita, ut legeret, ἀθλίῳ δ' ἀμφῆκες ἔχεις γέρας. Quid, quaeso, hoc est? Brodaeus vertit *vivis hominibus*; Oblopoeus: *in sole*, id est, *in vita* anceps habebas munus et ad risum et ad serium. Similiter Grotius, interpres elegantissimus:

Viventique fuit par vis, *seu seria mallet*
Seu joca, materiam sive Cupido dabat.

Haec satis non fecisse Brunckio, quis miretur? Sed neminem adhuc vidi, qui admittendam censeret emendationem, ἐν προβολῇ, cui veteris scripturae nec vola inest, nec vestigium. Aliam igitur viam ingressus Jacobsius Animad. Vol. I. P. I. p. 145. correxit: ἀ λαιὰ δ' ἀμφῆκες ἔχει γέρας, sive, ἐν λαιᾷ. — Epigrammatum scriptores, qui opera artium adspectabilia exponunt, saepenumero utuntur formula, οὐ μάτην, ut significent, rem aliquam *non frustra*, sed dedita opera ab artifice fuisse adjectam. Antipater Sidon. Anal. II. p. 51. ep. XCI.

Οὐχὶ μάτην ἑστηκα, φέρω δέ τι σύμβολον ἀλκᾶς
Ἀνέρος· ἦν γὰρ ἐὴ ὀυσμενέεσσι λέων.

Digitized by Google

Palladas ep. XCIV. Anal. T. II. p. 426.

Γυμνὸς Ἔρως διὰ τοῦτο γελᾷ καὶ μείλιχός ἐστιν·
Οὐ γὰρ ἔχει τόξον, καὶ πυρόεντα βέλη.
Οὐδὲ μάτην παλάμαις κατέχει δέλφῖνα καὶ ἄνθος·
Τῇ μὲν γὰρ γαῖαν, τῇ δὲ θάλασσαν ἔχει.

Plura exempla cumulare nihil attinet. Aut enim egregie fallor, aut Meleager scripsit:

ΑΛΛΩΣΟΥΔ' ἀμφῆκες ἔχεις γέρας, ἔς τε γέλωτα
Καὶ σπουδάν, καί που μέτρον ἐρωτογράφον.

Vide Eurip. Orest. 708. Plato Phaedr. p. 338. G. καὶ φιλοτιμουμένους ἐπιδείκνυσθαι πρὸς ἅπαντας, ὅτι οὐκ ἄλλως πεπόνηται. Idem autem οὐ μάτην atque οὐκ ἄλλως. Timaeus. οὐκ ἄλλως προνοεῖ. οὐ μάτην. Ubi vide D. Ruhnkenium. Hesychius. Οὐ μάτην. οὐκ ἀληθῶς. forte, οὐκ ἄλλως. Strato ep. XXIV. Anal. T. II. p. 364. ὅτ' οὐδ' ἄλλως ἠδὲν ἔχω σε φίλον. Propertius, qui istam, priscae artis opera describendi rationem, qua singulis partibus probabilis subjicitur interpretatio, pulchre imitatus est Lib. II. El. XII. hanc etiam emendationem confirmat:

Quicunque ille fuit, puerum qui pinxit Amorem,
Nonne putas miras hunc habuisse manus?
Hic primum vidit, *sine sensu vivere amantes,*
Et levibus curis magna perire bona.
Idem non frustra ventosas addidit alas.

Sequitur pentameter, levibus ille Criticorum

conjecturis diu multumque vexatus, ſed, ſi quis alius, probus ac ſincerus,

Fecit et humano corde *volare* deum.

Nam quid ſibi velit *deus humano corde*, optime interpretatur Propertius ipſe his verbis:

Scilicet alterna quoniam jactamur in unda
Noſtraque non ullis permanet aura locis.

(Pindar. Isthm. IV. 6. Ἄλλοτε δ' ἀλλοῖος οὖρος πάντας ἀνθρώπους ἐπαΐσσων ἐλαύνει.) Haec ſenſum omnino nullum haberent, ſi ſcripſiſſet poeta *humano ore*, ſive *haud vano corde* Deum. Quo vero auctore Propertius, unus omnium poetarum latinorum doctiſſimus, Amorem dixit deum humano corde? divinae pariter atque humanae naturae participem? Fortaſſe is in animo habuit diſputationem, quam cum Socrate inſtituiſſe fingitur Diotima in Symposio Platonico c. XXII. ſeq. Poſteaquam ibi docuiſſet femina prudentiſſima, Amorem boni pulchrique cupidine teneri, utroque nimirum carentem, id quod cadere non poteſt in naturam divinam, quaerit Socrates c. XXIII. Τί οὖν ἄν, ἔφην, εἴη ὁ Ἔρως θνητός; Ἥκιστά γε. Ἀλλὰ τί μήν; Ὥσπερ τὰ πρότερα, ἔφη, μεταξὺ θνητοῦ καὶ ἀθανάτου. Τί οὖν, ὦ Διότιμα; — Δαίμων μέγας, ὦ Σώκρατες. καὶ γὰρ πᾶν τὸ δαιμόνιον μεταξύ ἐστι θεοῦ τε καὶ θνητοῦ. — Quae deinceps de daemonum poteſtate atque

officio disputat Diotima, ea si quis accuratius cum Prologo *Rudentis* Plautino comparaverit, fieri non potest, quin utrumque locum ex eodem fonte, fortasse e disciplina Pythagorica, fluxisse mecum statuat. Sed haec praetereuntes attigisse satis habemus. Magis ad deum istum, humano corde praeditum, pertinet mythus, qui sequitur, Platonicus de parentibus Amoris Πόρῳ et Πενίᾳ, ejusque interpretatio: ἡ οὖν Πενία ἐπιβουλεύουσα, διὰ τὴν αὐτῆς ἀπορίαν, παιδίον ποιήσασθαι ἐκ τοῦ Πόρου, κατακλίνεταί τε παρ' αὐτῷ καὶ ἐκύησε τὸν Ἔρωτα. — ἅτε οὖν Πόρου καὶ Πενίας υἱὸς ὢν ὁ Ἔρως, ἐν τοιαύτῃ τύχῃ καθέστηκε. — τὴν τῆς μητρὸς φύσιν ἔχων, ἀεὶ ἐνδείᾳ ξύνοικος. κατὰ δὲ αὖ τὸν πατέρα, ἐπίβουλός ἐστι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ τοῖς καλοῖς, ἀνδρεῖος ὢν, καὶ ἴτης, καὶ ξύντονος — σοφίας τε αὖ καὶ ἀμαθίας ἐν μέσῳ ἐστίν. — πατρὸς μὲν γὰρ σοφοῦ ἐστι καὶ εὐπόρου, μητρὸς δὲ οὐ σοφῆς καὶ ἀπόρου. Detracto fabulae involucro, pater iste Amoris philosopho Pythagoreo aut Platonico diceretur νοῦς seu λόγος, mater ψυχή. filius, ex hoc connubio natus, Euripidi, in scena philosopho, est Ἔρως μαινομένᾳ κραδίᾳ (Hippol. 1274.) Xenophonti, qui communem habuit cum Platone auctorem, Δαίμων μέγας, ψυχῇ ἀνθρώπου ἰσούμενος (Sympos. VIII. 1.) Propertio, elegantissimo Graecorum

Digitized by Google

imitatori, *Deus humano corde.* Quae quidem duplicis naturae conjunctio quo magis appareret atque extaret, exortus est alius, qui *Amorem* cum *Psyche* matrimonio jungendum ac copulandum censeret. Hic est fundus fabulae notissimae, quam literis consignavit Apulejus. Animus nimirum humanus, quatenus cupiditatum illecebris est obnoxius, a graecis cum philosophis tum poetis saepenumero vocatur per excellentiam ψυχὴ, qua de re docte egit Joannes Luzac Exercit. Academ. Specim. I. p. 32. seq. ubi tractat fragmentum Euripidis, quod hoc modo cum Schützio, Viro Clarissimo, legendum esse putaverim:

Πολλοὶ δὲ θνητῶν τοῦτο πάσχουσιν κακόν·
Τνώμῃ φρονοῦντες οὐ θέλουσ' ὑπηρετεῖν,
Ψυχὴν τὰ πολλὰ πρὸς φίλων νικώμενοι.

Stobaeus Tit. XXX. p. 210. Gesner. Grotius p. 134. Haec igitur notio τῆς ψυχῆς fictiones peperit pulcherrimas, quarum praecipua est ea, quam legimus in Apuleji Metamorph. Lib. IV. Eandem ψυχὴν, secundum praeclaram Platonis imaginem, alis instructam, ita alloquitur Meleager in ep. LVIII. Anal. T. I. p. 18.

Οὔ σοι ταῦτ' ἐβόων, ψυχὴ, Ναὶ Κύπριν, ἀλώσει
Ὦ δύσερως, ἰξῷ πυκνὰ προσιπταμένη;
Οὐκ ἐβόων; εἶλέν σε πάγη. τί μάτην ἐνὶ δεσμοῖς

Σπαίρεις; αὐτὸς Ἔρως τὰ πτερά σου δέδεκε,
Καί σ' ἐπὶ πῦρ ἔστησε, μύροις δ' ἔῤῥαινε λιπόπνουν,
Δῶκε δὲ διψώσῃ δάκρυα θερμὰ πιεῖν.

Hic si finem scribendi fecisset, qui raro modum servat, Meleager, nemo amplius aliquid desideraret. Nunc quatuor sequuntur disticha, quibus non erat hic locus. Sed haec fortasse culpa est librariorum. In unum facile coagmentari potuere, propter argumenti similitudinem, duo epigrammata diversa, quae certe non ita inter se colligata sunt atque implicata, ut altera pars ab altera separari commode non possit; salvo utriusque sensu ac mensura. Nihil definio. Sed seorsim exposita reliqua etiam optime procedunt:

Ἁ ψυχὴ βαρύμοχθε, σὺ δ' ἄρτι μὲν ἐκ πυρὸς αἴθῃ,
Ἄρτι δ' ἀναψύχεις πνεῦμ' ἀναλεξαμένη.
Τί κλαίεις; τὸν ἄτεγκτον ὅτ' ἐν κόλποισιν Ἔρωτα
Ἔτρεφες, οὐκ ᾔδεις ὡς ἐπί σοι τρέφετο;
Οὐκ ᾔδεις· νῦν γνῶθι καλῶν ἄλλαγμα τροφείων,
Πῦρ ἅμα καὶ ψυχρὰν δεξαμένη χιόνα.
Αὐτὴ ταῦθ' εἵλου· φέρε τὸν πόνον· ἄξια πάσχεις
Ὧν ἔδρασας, ὀπτῷ καιομένη μέλιτι.

Priorem hujus epigrammatis partem semper componendam esse putavi cum Propertii Eleg. IX. Lib. I. inprimis cum versibus 23 et 24.

Nullus Amor cuiquam faciles ita praebuit alas,
Ut non alterna presserit ille manu.

Digitized by Google

Mire hic hallucinatur Paſſeratius, cogitans de Cupidine ipſo, alas ſuas, quum propitius favet, ultro expandente et ad amatorem advolante, ſed alterna manu eas premente, ſeu inhibente, cum tardus venit. Alii locum emendare conati ſunt. Sed in Propertio *emendando* divam Criticen raro viris doctis propitiam fuiſſe, ſatis conſtat. Burmannus corrigit:

Ut non alterna *preſſerit ille* mora.

Quo nihil omnino proficimus. Fonteinius, cujus Obſervationes nunc iterum latent in ſcriniis Santenianis, verſu 23. *praebuit aures*, verſu 24. corrigebat, *Ut non et dura* vel *auſtera* preſſerit ille manu. Quibus quidem conjecturis nemo erit, quin praeferendam ducat emendationem Jacobſii, propoſitam nuper in Epiſtola ad Fridericum Aſtium p. XIX.

Nullus Amor cuiquam faciles ità praebet habenas,
Ut non alterna preſſerit ille manu.

Ita certe ſcribere potuiſſet Propertius, ſive dictionem ipſam ſpectes, ſive metaphoram, quemadmodum bene ibi monuit vir doctiſſimus. Quidni vero reſpicere potuerit poeta ad ψυχὴν amatoris, eamque ſibi cum Meleagro fingere alatam? Αὐτὸς Ἔρως τὰ πτερά σου ἐδέκευ. Conf. epigr. Meleagri LV. et LIX. Ejuſmodi aliquid obverſabatur animo Vulpii, qui locum

Digitized by Google

haud male interpretatus est. Cum verbis graecis haec etiam compares Propertii v. 30. seq.

Quisquis es, assiduas o fuge blanditias.
Illis et silices et possunt cedere quercus.
Nedum tu possis, spiritus iste levis.

Quem autem ἄπειρητον, e praeclara Ruhnkenii emendatione, ad Timae. p. 250. vocat Meleager vers. 9. eundem Euripides, quod supra diximus, Ἔρωτα μαινομένᾳ κραδίᾳ vocavit Hippol. 1268. seq. qua de re dubitabat Valckenarius:

Σὺ τὰν θεῶν ἄκαμπτον Φρένα
Καὶ βροτῶν ἄγεις, Κύπρι, σὺν δ'
Ὁ ποικιλόπτερος ἀμφιβαλὰν
Ὠκυτάτῳ πτερῷ
Ποτᾶται ὀ ἐπὶ γαῖαν, εὐάγχητόν θ'
Ἁλμυρὸν ἐπὶ πόντον.
Θέλγει δ' Ἔρως, ᾧ μαινομένᾳ κραδίᾳ
Πτανὸς ἐφορμάσει
Χρυσοφαὴς, φύσιν
Ὀρεσκόων σκυλάκων
Πελαγίων θ', ὅσα τε γᾶ τρέφει.

Omnes Codices v. 1274. exhibent μαινομένᾳ κραδίᾳ, si ab uno discesseris Florentino, in quo legitur μαινομέναν κραδίαν. Hic Valckenarius, Vir Summus, „praeferrem, inquit, vulgatis ᾧ μαινομέναν κραδίαν Πτανὸς ἐφορμάσει *cujus cor furens invaserit Pinniger*: neque enim

Amoris est sed amantis μαινομένα κραδία, quale Medeae tribuitur in cognomine Trag. v. 1358. Atque hanc lectionem, licet in suis etiam Membranis vulgatam invenerit, in textu reponere haud dubitavit Brunckius. Enimvero an credibile est, librarios faciliori lectioni subsituisse difficiliorem? Insolentius certe est dicendi genus. Ἔρως μαινόμενα κραδία πτανὸς, altero, quo amanti tribuitur cor furens. Quamquam ita intelligi fortasse voluit Euripides, Homerus Il. Z. 132. Bacchum vocat μαινόμενον Διώνυσον. Hoc μανιοποιὸν interpretantur Grammatici. Plato de Legg. VI. p. 869. E. οὐ γὰρ ῥάδιον ἐνγαεῖν ὅτι πόλιν εἶναι δεῖ δίκην κρατῆρος κεκραμένην, οὗ μαινόμενος μὲν οἶνος ἐγκεχυμένος ζεῖ, κολαζόμενος δὲ ὑπὸ γήφοντος ἑτέρου θεοῦ, καλὴν κοινωνίαν λαβὼν, ἀγαθὸν πόμα καὶ μέτριον ἀπεργάζεται. Vide Plutarch. Vol. II. p. 15. E. et p. 791. B. Nihil tamen obstat, quo minus μαινομένα κραδία ipsi tribuatur Amori, quem toties crudelem, saevum, ferum poetae vocant, praesertim h. l. ubi non de Amore placido *concordiae* auctore, sed omnium calamitatum fonte agitur, qui *non aequo foedere amantes*, ut Virgilius ait Aen. IV. 580. *curae habet*. Ejus pernicioſa facinora praeclaro cantico complexus est Euripides v. 525. — 564. hac usus ingressione:

Ἔρως, Ἔρως, ὃς κατ' ὀμμάτων
Στάζεις πόθον, εἰσάγων γλυκείαν
Ψυχᾶ χάριν, οὓς ἐπιστρατεύσῃ,
Μή μοι ποτὲ σὺν κακῷ φανείης,
Μήδ' ἄρρυθμος ἔλθοις.

Hunc Amorem Graecos Ἀντέρωτα dixisse testatur Servius ad Virgil. Aen. IV. 520. „Ἀντέρωτα invocabat *contrarium* Cupidini, qui amores resolvit; aut certe cui curae est iniquus amor." Recentiores Sophistae amorem *mutuum* intelligunt; cui sententiae minime conveniunt ea, quae narrat Pausanias Attic. c. 30. et Aelianus Fragment. p. 1039. qui, nominibus inter se permutatis, scribit: τῷ μὲν ἐραστῇ Μέλιτος ὄνομα ἦν, τῷ καλῷ δὲ Τιμαγόρας, ὥς φασιν. Ἦν δὲ ἄτεγκτός τε καὶ ἀμείλικτος ὅδε ὁ παῖς. Servio adstipulatur etiam, nisi fallor, Valckenarius Diatr. p. 157. ubi descripsit Scholion ex Hermiae Commentario MS. in Platonis Phaedrum, quod nunc auctius atque melius legitur in Anecdotis Graecis Siebenkeesii p. 56. seq. In eundem Amorem, contrarium Cupidini, duo extant epigrammata in Anthologia Graeca Lib. IV. p. 481. ed. Wechel. Anal. T. III. p. 205. quorum unum hoc est:

Κἀγὼ Κύπριδος αἷμα· κασιγνήτω δ' ἐμὲ μήτηρ
Ἤνεσε τόξα φέρειν ἀντία, καὶ πτέρυγας.

De Amore adverſo egregie ſcripſit Propertius I. El. XIV. 15. ſeq.

Nam quis divitiis adverſo gaudet Amore?
Nulla mihi triſti praemia ſine Venere!
Illa poteſt magnas heroum infringere vires,
Illa etiam duris mentibus eſſe dolor.
Illa neque Arabium metuit tranſcendere limen,
Nec timet oſtrino, *Tulle*, ſubire toro.
Et miſerum toto juvenem verſare cubili.
Quid relevant variis ſerica textilibus?

Locus, ſi quis alius, memorabilis, et animadverſione dignus, de quo Interpretum nemmem aliquid monuiſſe mirarer, niſi omnino verum eſſet, Propertium ſuum interpretem adhuc deſiderare. Atqui hujus ſimilem apud ſcriptores latinos non reperies; apud graecos unicum modo Sophoclis, tot illum virorum doctorum commentis vexatum, ut repetere ea pigeat ac taedeat. Loquimur de praeclaris illis verſibus in Antigone 781. ſeq.

Ἔρως ἀνίκατ', ἀμάχαν
Ἔρως, ὃς ἐν κτήμασι πίπτεις,
Ὃς ἐν μαλακαῖς παρειαῖς
Νεάνιδος ἐννυχεύεις·
Φοιτᾷς δ' ὑπερπόντιος, ἐν τ'
Ἀγρονόμοις αὐλαῖς·
Καὶ σ' οὔτ' ἀθανάτων
Φύξιμος οὐδείς,

Οὐθ' ἁμερίων ἐπ' ἀν-
θρώπων· ὁ δ' ἔχων, μέμηνε.

De versu 782. peculiaris extat Jo. Jacobi Steinbrychelii Epistola ad Villoisonum V. Cl. in Museo Turicensi. Eundem antea examini subjecerat Villoisonus ipse in Epistola ad Clarissimum Virum Lorry, Parisiensem Medicum. Quorum doctissimorum virorum conjecturas si quis cognoscere cupiat, adeat Biblioth. Critic. Vol. II. P. III. p. 100. et p. 107. In iis certe non acquievit Wyttenbachius, medicinam exspectans vel ab integriori codice, vel a vetere Scriptore, aut Grammatico, qui veram lectionem servaverit. Brunckius vero aut pro κτήμασι legendum κτήνεσι, aut nomini κτῆμα eandem significationem tribuendam esse statuit; quam tamen nullo exemplo confirmavit, neque confirmare potuit Vir Clarissimus. „*Parum valet ad vim Amoris declarandam, si dicatur opulentos invadere.*" Hic reponas cum poeta:

Quid? non Antigonae tumulo Boeotius Haemon
Corruit ipse suo saucius ense latus?
Et sua cum miserae commiscuit ossa puellae,
Qua sine Thebanam noluit ire domum?

Nonne Amor iste *adversus* recte dici potuit ἐν κτήμασι πίπτειν, aut Arabium, sive *aeratum* transcendere potentiorum limen, qui tot re-

gias ſtirpes peſſum dederat? qui Oedipum Jocaſtae, filium matri, junxerat? cujus vi ac conſiliis factum, ut Phaedra deſiderio Hippolyti, cum ſumma utriusque pernicie, exardeſceret? Scholiaſtes commemorat Herculem, cui Venus Jolen dederat conjugem σὺν αἵματι, σὺν καπνῷ, Φονίοις θ' ὑμεναίοις, ut eſt apud Euripidem Hipp. 551. quem ſupra jam teſtem excitavimus. *Si quid noviſti rectius iſtis, Candidus imperti; ſi non, his utere mecum.*

Paene oblitus eram, monere, lectionem Euripideam, μαινομένα κραδία, niti etiam auctoritate Catulli, qui, loquens de Ariadne, non aequo foedere Theſeum amante, exclamat: (Epith. P. et Th. v. 94.)

Heu! miſere exagitans immiti corde *furores,*
Sancte puer, curis hominum qui gaudia miſces,
Quaeque regis Golgos, quaeque Idalium frondoſum,
Qualibus incenſam jactaſtis mente puellam
Fluctibus, in flavo ſaepe hoſpite ſuſpirantem!

Sed ut in Euripide μαινομέναν κραδίαν praeferebat Valckenarius, ita Doeringius in Catullo,

Heu! miſere exagitans immiti corda *furore.*

Dubitabat vir doctiſſimus, an recte in latina lingua, *exagitare furores*, dici poſſet pro *concitare, commovere furores.* At ita, praeter

alios, loquitur Cicero Att. III. 7: *ne et meum moerorem* exagitem, *et te in eundem luctum vocem*. Vide Ernesti ad Tacit. Annal. Lib. IV. 12. *recentem Liviae conscientiam* exagitare.

Ut revertar ad epigramma Meleagri, unde digressa est oratio, nunc reliquos versus, quos supra omisi, illustrabo:

Ἄλλως οὐδ' ἀμφῆκες ἔχεις γέρας, ἔς τε γέλωτα
Καὶ σπουδὰν, καί που μέτρον ἐρωτογράφον.
Ναὶ μὲν δὴ Μελέαγρον ὁμώνυμον Οἰνέος υἱῷ
Σύμβολα σημαίνει ταῦτα συοκτασίης.
Χαῖρε καὶ ἐν φθιμένοισιν, ἐπεὶ καὶ Μοῦσαν Ἔρωτι,
Καὶ Χάριτας Σοφίᾳ εἰς μίαν ἡρμόσαο.

„In hac interpretatione alati juvenis, ait Jacobsius, minime apparet, qua causa commotus quidve significans sculptor Meleagrum Calydonium alis instruxerit.“ Idem addit: „quo sensu accipienda sint verba μέτρον ἐρωτογράφον, non dixerim; de *versibus argumenti amatorii* accipere contextus vetat.“ Equidem non tam de veritate interpretationis, quam de veritate operis descripti dubito. Hoc omnium maxime ineptum merito vocat praestantissimus Heynius Comment. Societ. Reg. Gotting. T. X. p. 120. Neque verisimile est, tale opus unquam ab artifice graeco fuisse elaboratum. Nullum profecto epigrammatum genus potiori jure ἐπιδεικτικὸν appellari potest, quam illud, quod ar-

tium elegantiorum monumenta describit. Hic enim campum nacti, in quo ingenium ostentare possent, poetae seriores, saepenumero opera exposuerunt, aut quae nunquam vidissent, aut quorum exempla nullibi extarent. Utcunque tamen sit, in hoc saltem diligentia adhibenda erat epigrammatis auctori, ut interpretatio sibi constaret. Igitur figuram pueri, quam in tumulo isto stetisse fingit, ejusmodi symbolis ornavit, ut aliquis incidere posset in Meleagrum Calydonium. Eandem aliis instruxit, ut appareret, hunc Meleagrum res amatorias tractasse, καί που μέτρον ἐρωτογράφον. Accedebat γέρας ἀμφήκες, gladius anceps, qui significaret dicendi genus σπουδογέλοιον. Menippum scilicet Gadarensem imitatus erat Meleager, ut multi alii, inter Romanos, Varro, quemadmodum ipse testatur apud Ciceronem Acad. Quaest. I. 2. *Et tamen in illis veteribus nostris, quae Menippum imitati, non interpretati, quadam hilaritate conspersimus, multa admista ex intima philosophia, multa dicta dialectice* etc. Tandem summam faciens omnium, quae per partes eundo, singulatim indigitaverat poeta dicam an sophista? addit:

Χαῖρε καὶ ἐν Ψιμέλοισιν, ἐπεὶ καὶ Μοῦσαν Ἔρωτι
Καὶ Χάριτας Σοφίᾳ εἰς μίαν ἡρμόσαο.

Digitized by Google

Ita recte Brunckius vitiosam Planudis lectionem Σοφίαν εἰς μίαν emendavit. Graeci utrumque dixisse videntur εἰς ἕνα, et εἰς μίαν τινὶ v. c. ἁρμόττεσθαι, καθεύδειν, ratione habita subjecti praecedentis. De forma communi εἰς ἕν nemo dubitat. Masculini generis exemplum occurrit apud Theocrit. Eid. XX. 37.

Ἐνδυμίων δέ τις ἦν; οὐ βωκόλος; ὄνγε Σελάνα
Βωκολέοντα φίλασεν· ἀπ' Οὐλύμπω δὲ μολοῖσα
Λάτμιον ἀννάπος ἦλθε, καὶ εἰς ἕνα παιδὶ κάθευδε.

Magna hic est Criticorum dissensio. Scaliger εἰς ἓν corrigit, quod versum enervat: D. Heinsius εἰς ἅμα, quod placet Valckenario: alii εἰς ὁμά, Brodaeus denique εἰς στόμα hinc effecit, in quo reconditi aliquid inesse debet, quod equidem non assequor. Reliquum est, ut vulgatam revocemus; de quo nunc viderint alii. Locum Theocriti comparavit cum Catulli Com. Berem. v. 5. Valckenar. Fragment. Callimachi p. 65. — 76.

Ut Triviam, furtim sub Latmia saxa relegans,
Dulcis Amor gyro devocet aërio.

Extat similis locus apud Senecam Hippol. v. 318. unde confirmari videtur lectio Catulliana *gyro:*

Arsit obscuri dea clara mundi
Nocte deserta, nitidosque fratri
Tradidit currus aliter regendos.

Digitized by Google

Ille nocturnas agitare bigas
Discit, et gyro breviore flecti.

Sententiam Meleagri haec illustrant Euripidis Med. 843. ubi Venus dicitur Athenienſibus ſuis

Τᾷ σοφίᾳ παρέδρους
Πέμπειν ἔρωτας
Παντοίας ἀρετᾶς ξυνέργους.

Idem in Hercule v. 673. magis adhuc appoſite:

Οὐ παύσομαι τὰς Χάριτας
Μούσαις συγκαταμιγνὺς,
Ἀδίστην συζυγίαν.

quo, praeter caeteros, ſpectaſſe Themiſtium Or. XXIV, p. 303. A. monuit Valckenarius Fragm. Callimachi p. 280. Plutarchus T. I. p. 452. *οὐ φεύγει χάριν ἀπαδείξεως συνεργὸν ὁ λόγος, οὐδ' αἰσχύνεται ταῖς Μούσαις τὰς Χάριτας συνκαταμιγνὺς καλλίστην συζυγίαν, ὡς Εὐριπίδης φησὶν, ἐκ τοῦ φιλοκάλου μάλιστα τῆς ψυχῆς ἀναδούμενος τὴν πίστιν.*

CAPUT III.

Varia Meleagri epigrammata sub examen vocantur. Galenus locum Euripidis conjunxisse videtur cum loco quodam Aeschyli, ita, ut utrumque confunderet in unum. Quo sensu Graeci dixerint ἐξερέσθαι, εἰπεῖν τι εἰς τινα, ac similia! Τύπος ἔρωτος, latina imago. Meleager et Theocritus cum Platone comparati. De formulis εἰς ὕδωρ, εἰς οἶνον, εἰς τέφραν γράφειν. Epigramma Nicarchi emendatum, Leonidae Tarentini illustratum. Πῖδες αὐτόματοι. Theocriti locus conjectura tentatus. M. Argentarii epigramma corrigitur. Aeschylus Ἀβίους dixit Ταβίους in Prometheo Soluto.

Meleagri.

Ἄστρα, καὶ ἡ φιλέρωσι καλὸν φαίνουσα, Σελήνη,
Καὶ Νὺξ, καὶ κώμων σύμπλανον ὀργάνιον,
Ἀρά γε τὴν φιλάσωτον ἔτ' ἐν κοιταισιν ἀθρήσω
Ἀγρύπνον, λύχνῳ πόλλ' ΑΠΟ ΔΑΟΜΕΝΗΝ;
Ἤ τιν' ἔχει σύγκοιτον; ἐπὶ πραθύροισι μαράνας
Δάκρυσιν ἐκδήσω τοὺς ἱκέτας στεφάνους.
Ἐν τόδ' ἐπιγράψας Κύπρι, σοὶ Μελέαγρος, ὁ μύστης
Σῶν κώμων, στοργῆς σκῦλα τάδ' ἐκρέμασε.

Anal. T. I. p. 20. Lectionem Apographi Lipſ. corruptam, ἀποδαιομένην v. 4. tuetur Reiskius Miſc. Lipſ. T. IX. p. 457. vertens, *ſeſe lychno*

diligenter amburentem. Sed amica iſta ζηλότυπος, quemadmodum in lemmate vocatur, de longe alia re, quam de pilorum ambuſtione, conſilia agitaſſe videtur. Propius a vero abeſt Salmaſii correctio, πόλλ' ἐπαραομένην, quae tamen nimis a veteri ſcriptura diſcedit. Lucernae quidem quin miſerias ſuas effundere potuerit ἄγρυπνος illa, dubitari non poteſt. Vid. Meleagri ep. LXXI. Aſclep. ep. XXV. Praeſtat igitur legere:

Ἄγρυπνον, λύχνῳ πόλλ' ΑΠΟΚΛΑΟΜΕΝΗΝ;

Ἀποκλάειν, ſive ἀποκλαίειν interdum eſt *elugere.* Lucianus de Dea Syr. T. III. p. 454. ἐπεὰν δὲ ἀποτύψωνταί τε, καὶ ἀποκλαύσωνται, πρῶτα μὲν καταγίζουσι τῷ Ἀδώνιδι, ὅκως ἐόντι νέκυϊ. Eadem vis ineſt verbis ἀποκηδεύειν, ἀπαλγεῖν, aliis. Vide Valckenar. ad Herodot. p. 122. 84. et p. 706. 51. Noſtrae emendationi favet etiam Ariſtophanes Veſp. 564.

Οἱ μὲν γ' ἀποκλάονται πενίαν αὐτῶν, καὶ προστιθέασι
Κακὰ πρὸς τοῖσιν χ' οὗσιν, ἕως ἂν παρισώσῃ τοῖσιν
ἐμοῖσιν.

Adde Euripidis fragmentum ex Oeneo apud Stobaeum Tit. CXII. p. 585. Grot. p. 469.

Σχολὴ μὲν οὐχί. τῷ δὲ δυστυχοῦντί πως
Τερπνὸν τὸ λέξαι, κἀποκλαύσασθαι πάλιν.

Haec paululum immutata leguntur apud Galenum de Hippocr. et Plat. Lib. IV. circa finem:

Digitized by Google

καὶ ἔτι τὰ τοιαῦτα εἰς τὸ κατὰ τὴν λύπην ἀγωγόν· τοῖς δὲ δυστυχοῦσί πως τερπνὸν τὸ κλαῦσαι καὶ ἀποδύρασθαι τύχας. Hinc Valckenarius Diatr. p. 197. verſum hunc formavit ut Euripideum:

Τερπνὸν τὸ λέξαι κἀποδύρασθαι τύχας.

Musgravius, eodem Galeni loco adductus, reposuit Fragm. p. 459. ed. Beck.

Τερπνὸν τὸ κλαῦσαι κἀποδύρασθαι τύχας.

Sed non animadverterunt viri, in hoc literarum genere primarii, apud Galenum duo diverſorum ſcriptorum loca inter ſe permutata eſſe, et confuſa, unum Euripidis, alterum Aeſchyli, id quod in ejusmodi ſententiis facile fieri poteſt, et alibi factum eſt. Aeſchyl. Prometh. 642. ed. Schütz:

Ὡς κἀποκλαῦσαι κἀποδύρασθαι τύχας
Ἐνταῦθ', ὅπῃ μέλλει τις οἴσεσθαι δάκρυ
Πρὸς τῶν κλυόντων, ἄξιαν τριβὴν ἔχει.

Suum igitur utrique reddamus, quoniam poſſumus, et quidem Euripidi:

Τερπνὸν τὸ λέξαι κἀποκλαύσασθαι πάλιν,

Aeſchylo, magna lectionum varietate h. l. laboranti:

Ὡς καὶ τὸ κλαῦσαι κἀποδύρασθαι τύχας.

Comparandum eſt Menandri fragmentum, Emendat. Bentl. p. 94.

Καὶ γὰρ ἀποδύρασθαί τι μὴ γελώμενον
Καὶ συναγανακτοῦνθ' ὁπόταν οἰκείους ὁρᾷ

Digitized by Google

Ἕκαστος αὐτῶν τὸν παρόντα παύεται
Τοῦτον μάλιστα τὸν χρόνον τοῦ δυσφρονεῖν.

His scriptis vidi, Jacobsium Animadv. Vol. I. P. I. p. 81. aliam quidem medicinam corrupto Meleagri loco paravisse, eundem tamen re ipsa mecum consentire. Corrigit enim, λύχνῳ πόλλ' ἀποδυρομένην, *multa de solitudine sua ad lucernam querentem.* Mihi, ἀποκλαιομένην, vera videtur lectio. Sophocles Philoct. 691.

οὐκ ἔχω βάσιν
Οὐδέ τιν' ἐγχώρων κακογείτονα,
Παρ' ᾧ στόνον ἀντίτυπον
Βαρυβρῶτ' ἀποκλαύσειεν.

Miserias igitur *suas alteri narrare* graece dicitur, ἀποκλαίειν, ἀποδύρεσθαι v. c. στόνον τινὶ et παρά τινι. Accedit ἀποδύρεσθαι πρός τινα, ut loquitur Demosthenes in Stephanum I. καὶ ἐγὼ τῶν γεγενημένων ἀποδυράμενος τὰ πλεῖστα πρὸς ὑμᾶς, ὥσπερ ἄρχων ἔσομαι. Quaeritur, an Graeci etiam dixerint, ἐξερέειν ἄλγεα εἴς τινα! Hoc certe crediderunt magni viri, H. Grotius, Bentlejus, Toupius, qui in notissimo illo Callimachi fragmento, quod legitur apud Stobaeum Tit. CXII, construebant verba hoc modo: ὅτ' ἐς ἄνδρα συνέμπορον ἄλγεα ἐξερέῃ. Ac Toupius quidem diserte ait, Epist. Crit. p. 37. ed. Lipsi. „idem ἐξερέειν ἀνδρὶ et ἐξερέειν ἐς ἄνδρα." In hac haeresi equidem ipse fui, quum

Digitized by Google

patarem, Callimachum scribere potuisse, εἰπεῖν ἄλγεα εἰς ἄνδρα συνέμπορον. At, si audimus Virum Doctissimum, „*aliquid cuipiam dicere* aut *patefacere* graece nunquam dici potuit, εἰπεῖν τιξεῖς τινα, quod foret *aliquid in quempiam dicere, sermone in aliquem invehi, sive male dicere*, sed εἰπεῖν τί τινι, ut ἐξερέειν ἄλγεα κωφαῖς μαψαύραις." Recte! Occurrit tamen formula ista sensu paululum diverso cum alibi, tum apud Euripidem Hec. 303.

Ἀλλ', εἶπον εἰς ἅπαντας, οὐκ ἀρνήσομαι.

Idem Bacch. 717. (707. ed. Brunck.)

Καί τις πλάνης κατ' ἄστυ, καὶ τρίβων λόγων,
Ἔλεξεν εἰς ἅπαντας.

Apud Herodotum VIII. p. 631. ubi antea erat πρὸς πάντας, nunc legitur, εἰπέ τε ἐς πάντας. Sed peculiarem praepositionis εἰς, his ac similibus verbis junctae, elegantiam dudum notavit is, qui omnes graecae linguae idiotismos in numerato habebat, T. Hemsterhusius ad Aristophanis Plut. p. 456. Exemplis, a viro magno ibi prolatis, adjicimus locum classicum Homeri Il. Π. 573.

— ἀτὰρ τόπε γ' ἐσθλὸν ἀνεψιὸν ἐξεναρίξας
Ἐς Πηλῆ' ἐκέτευσε, καὶ ἐς Θέτιν ἀργυρόπεζαν.

Ubi vide Ernestum. Neque multum abit dicendi genus, quo utitur Homer. Il. Κ. 444.

Ὄφρα κεν ἔλθητον, καὶ πειρηθῆτον ἐμεῖο,
Ἠὲ κατ' αἶσαν ἔειπον ἐν ὑμῖν, ἠὲ καὶ οὔκί.

Digitized by Google

Sed consulendus inprimis est Hemsterhusius ad Aristophanem, ubi accurate de hac re exposuit, laudans, praeter caeteros, Isocratem p. 132. A. λόγοι ῥηθέντες εἰς τοὺς Ἕλληνας. Nos ad epigramma Meleagri progrediamur, quod legitur Anal. T. I. p. 16.

Αἰεί μοι δύνει μὲν ἐν οὔασιν ἦχος Ἔρωτος,
Ὄμμα δὲ σῖγα πόθοις τὸ γλυκὺ δάκρυ φέρει.
Οὐδ' ἡ νύξ, οὐ φέγγος ἐκοίμισεν, ἀλλ' ὑπὸ φίλτρων
Ἤδη που καρδίᾳ γνώστος ἔνεστι τύπος.
Ὦ πτανοὶ, μὴ καί ποτ' ἐφίπτασθαι μὲν, Ἔρωτες,
Οἶδατ', ἀποπτῆναι δ' οὐδ' ὅσον ἰσχύετε.

In hoc epigrammate notatu inprimis dignus est τύπος iste Ἔρωτος, quem animo suo inpressum se habere poeta dicit. Ea enim fuit veterum philosophorum opinio, animam vitiis concipere vibices ac cicatrices, omniumque adfectionum quasi imagines retinere. Vide interpretes ad Juliani Caesar. p. 55. Wyttenbach. ad Plutarchum de S. N. V. p. 111. De amore locum insignem Plutarchi memorat Stobaeus LXII. p. 401. monente etiam Jacobsio Animadv. Vol. I. P. I. p. 70. Propertius II. El. XII. 13. τύπον istum *imaginem* vocat:

In me tela manent, manet et puerilis imago.
Sed certe pennas perdidit ille suas.

Evolat heu nostro quoniam de pectore nunquam,
Assiduusque meo sanguine bella gerit.

Digitized by Google

Haec satis conveniunt epigrammati graeco, eoque ducunt, ut legatur:

Ὦ πανοί, μοι καί ποτ' ἐφίπτασθαι μέν, Ἔρωτες,
Οἶδα!, ἀπυπτῆναι δ' οὐδ' ὅσον ἰσχύετε.

In his non substitit Meleager, sed, ingenio abutens, eandem rem poetice tractare, et quasi sensibus subjicere conatus est in alio epigrammate, Anal. T. I. p. 6. ubi, comparatione inter Praxitelem sculptorem et puerum ὁμώνυμον instituta, alterum mutam tantum Amoris imaginem, alterum Amorem ipsum vivum videntemque in animo amatoris formasse fingit:

Πραξιτέλης ὁ πάλαι Ζωογλύφος ἄβρὸν Ἔρωτα
Ἄψυχον, μορφᾶς κωφὸν ἔτευξε τύπον,
Πέτρον ἐνεἰσοφορῶν· ὁ δὲ νῦν ἔμψυχα μαγεύων
Τὸν τριπανοῦργον Ἔρωτ' ἔπλασεν ἐν κραδίᾳ —

Ἔμψυχα alibi dicuntur signa, quae vivere ac spirare videntur. Theocritus Adoniaz. 81.

Ποῖοι ζωσγράφοι τἀκριβέα γράμματ' ἔγραψαν
Ὡς ἔτυμ' ἑστάκαντι, καὶ ὡς ἔτυμ' ἐνδιανεῦντι,
Ἔμψυχ', οὐκ ἐνὖφαντά.

Quibus omnibus vide, quam egregie respondeant haec Platonis Phaedr. T. X. p. 382. ed. Bip. Δεινὸν γάρ που, ὦ Φαῖδρε, τοῦτ' ἔχει γραφή, καὶ ὡς ἀληθῶς ὅμοιον ζωγραφίᾳ. καὶ γὰρ τὰ ἐκείνης ἔκγονα ἕστηκεν μὲν ὡς ζῶντα· ἐὰν δ' ἀνέρῃ τι, σεμνῶς πάνυ σιγᾷ. ταὐτὸν δὲ καὶ οἱ λόγοι. (Nostis ep. X. Anal. T. I. p. 196. Ὡς

ἀγαγὼν ἑστάκεσαν) ὅταν δὲ ἅπαξ γραφῇ, κυλινδεῖται μὲν πανταχοῦ πᾶς λόγος ὁμοίως παρὰ τοῖς ἐπαΐουσιν, ὡς δ' αὕτως παρ' οἷς οὐδὲν προσήκει. Hujus igitur ſermonis, ut eum Melagro loquamur, quaſi ἄψυχός eſt, et umbra σώματος, alterius, qui in anima diſcentis ſcribitur, ζῶν καὶ ἔμψυχος. Pergit enim Socrates: Τί δ'; ἄλλον ὁρᾷμεν λόγον τούτου ἀδελφὸν γνήσιον, (vid. Valckenar. ad Callimachi Fragm. p. 180.) πῶ τρόπῳ γίγνεται, καὶ ὅσῳ ἀμείνων καὶ δυνατώτερος τούτου φύεται; — Τίνα τοῦτον, καὶ πῶς λέγεις γιγνόμενον; — Ὃς μετ' ἐπιστήμης γράφεται ἐν τῇ τοῦ μανθάνοντος ψυχῇ, δύνατος μὲν ἀμῦναι ἑαυτῷ, ἐπιστήμων δὲ λέγειν τε καὶ σιγᾶν πρὸς οὓς δεῖ. — Τὸν τοῦ εἰδότος λόγον λέγεις ζῶντα καὶ ἔμψυχον, οὗ ὁ γεγραμμένος εἴδωλον ἂν τι λέγοιτο δικαίως. Redit Socratis oratio eo, ut demonſtret, vivum animatumque ſermonem longe praeferendum eſſe muto illi ſive ſcripto, hominemque boni pulchrique ſcientiam poſſidentem curaturum eſſe, ut ſemina ſua in animam diſcentis ſpargat potius, quam in chartam conjiciat perituram: οὐκ ἄρα σπουδῇ αὐτὰ ἐν ὕδατι γράψει μέλανι σπείρων διὰ καλάμου μετὰ λόγων ἀδυνατῶν μὲν αὐτοῖς λόγῳ βοηθεῖν, ἀδυνατῶν δὲ ἱκανῶς τἀληθὲς διδάξαι, qui locus eſt pulcherrimus. Alluditur Plato ad duplicem ῥῆσιν, quae idem ſignificat, ἐν ὕδατι γράφειν et ἐν ὕδατι

ἀπείρειν, sive εἰς ὕδωρ γεάφειν, atque εἰς ὕδωρ σπείρειν. Hinc dixit, nescio quis:

Ἀνδρῶν δὲ φαύλων ὅρκον εἰς ὕδωρ γεάφε.

Quod vero primus omnium adfirmasse fertur Hesiodus apud Apollodorum Lib. II. c. 1. p. 79 ed. Heyn. οὐκ ἐπιορκῆσαι τὴν ἀπὸ τῶν θεῶν ὀργὴν τοὺς γινομένους ὅρκους ὑπὲρ ἕρωτος, id Sophocles, usus ista proverbiali locutione, ita extulit, Fragm. p. 678.

Ὅρκους ἐγὼ γυναικὸς εἰς ὕδωρ γράφω.

Hoc probabile est in animo habuisse Catullum Carm. LXIX.

mulier cupido quod dicit amanti,
In vento et rapida scribere oportet aqua.

Quem locum nuper tractavit Doctissimus *Ioannes Luzac* in Epistola ad Bavium Voorda, Virum Clarissimum, praefixa Callimachi Fragmentis a Valckenario collectis p. 9. seq. ubi „Aqua, ait, profluens usus est communis et vulgo adeunda; Vento si agitetur amnis, nihil rapidius, nihil instabilius: *Scribere*, scilicet, *in vento et aqua*, est *inscribere aquae vento agitatae:*“ (h. e. facere aliquid, quod fieri non potest, sive, ut Suidas loquitur; εἰς ὕδωρ σπείρειν. ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων. ὡς τὸ καθ' ὕδατος γεάφειν. Idem, εἰς ὕδωρ γεάφειν. ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων.) Pergit vir doctissimus: „Sed an *in cyatho* quis scribat aut *vini* cado?“

Digitized by Google

(Quidni? Xenarchus vel in ipso scripsit vino!) „An digito sic ludat, an calamo? Id vel pueri fuerit, vel hominis plane ebrii aut male sani.“ Miseret me Burmanni Secundi, qui Xenarchi Comici versum, quem servavit Athenaeus Lib. XII. p. 441. E.

Ὀρχοῦν δ' ἐγὼ γυναῖκας εἰς οἶνον γράφω,

componens cum allato Catulli loco, ad Anthol. Latin. T. I. p. 541. eo progrediebatur, ut contenderet, poetam latinum scripsisse:

mulier cupido quod dicit amanti,

In vino *et rapida* scribere *oportet aqua.*

Profecto lubrica est haec via critica, et cui sine prolapsione aliqua insistere nemo adhuc potuit. Uterque locus sanus est et Xenarchi et Catulli: neque de *eruditio* pulvere cogitavit Suidas, quum haec notaret: Εἰς τέφραν γράφειν. ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων. ἐγὼ δὲ τοὺς ὄρχους αὐτοῦ, τὸ τῆς παροιμίας, οἶμαι δεῖν εἰς τέφραν γράφειν. At enim „Absurdum tamen est, si quis *in vino scribat*, (adde, *in aqua!*) et Horatius inter *Plautinos sales* tale dictum forte retulisset.“ Quid igitur faciemus Aristophane, caeterisque huius farinae hominibus? Locus ipse me admonet, ut rem exemplo aliquo illustrem. Dixit Euripides Med. 56.

Ἐγὼ γὰρ εἰς τοῦτ' ἐκβέβηκ' ἀλγηδόνος,
Ὥσθ' ἱμερός μ' ὑπῆλθε γῆ τε κοὐρανῷ

Λέξαι, μολούσῃ δεῦρο, Μηδείας τύχας.

Hoc satis graviter dictum! At ridiculum plane est, neque tamen absurdum, quod inde effecit Philemon apud Athenaeum Lib. VII. p. 288. D. Fragm. Cler. p. 330.

Ὡς ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῆ τε κοὐρανῷ
Λέξαι μολόντι τοὖψον ὡς ἐσκεύασα.

Sed multo petulantior, ut alibi, ita hic etiam fuit Lucianus, Atticarum tamen elegantiarum retinentissimus scriptor, idemque veterum Comicorum diligentissimus imitator, qui, ut Timonis sui personam tueretur, quemadmodum observat T. H. illis αὔραις καὶ ἀνέμοις, illi γῇ καὶ οὐρανῷ, quibus calamitates suas alii deplorant, substituit solitudinem et *ligonem* T. I. p. 110. ὥστε ὑπὸ τῶν κακῶν ἐπὶ ταύτην τὴν ἐσχατιὰν τραπόμενος, ἐναψάμενος διφθέραν, ἐργάζομαι τὴν γῆν, ὑπόμισθος ὀβολῶν τεσσάρων τῇ ἐρημίᾳ καὶ τῇ δικέλλῃ προσφιλοσοφῶν ἐνταῦθα. Neque vero omittendus est Theogneti Comici locus apud Athen. Lib. XV. p. 671.

Ἐπ' ἀρίστερ' ἔμαθες, ὦ πονηρέ, γράμματα·
Ἀντέστροφέ σου τὸν βίον τὰ βυβλία.
Περιλοσόφηκας γῇ τε κοὐρανῷ λαλῶν,
Οἷς οὐδέν ἐστιν ἐπιμελὲς τῶν σῶν λόγων.

Sed praestat repetere exemplum ex Anthologia nostra, quo appareat, quam ridiculum in sensum elegantes graecae linguae dictiones

detorqueri interdum ſoleant ab Epigrammatariis. Raro occurret formula, τὸ πνεῦμα ἄνω ἔχειν, qua utitur v. c. Menander apud Athen. p. 228. Aldi

— μόνος μοι θάνατος οὗτος φαίνεται
Εὐθάνατος, ἔχοντα πολλὰς χολάδας κεῖσθαι παχύν,
Μόλις λαλοῦντα καὶ τὸ πνεῦμ' ἔχοντ' ἄνω,
Ἐσθίοντα καὶ λέγοντα, σήπομ' ὑπὸ τῆς ἡδονῆς.

Grotius, legens, τὸ πνεῦμ' ἔχοντα πᾶν ἄνω, Excerpt. p. 708. vertit:

Mortis e generibus proprium ſi ſit capiendum mihi,
Optimum putem, jacere pinguem, tentis ilibus,
Vix loquentem, totum habentem ſupra in ore ſpiritum,
Eſitantem, clamitantem, Defluo voluptatibus.

Caſaubonus intelligit, quam Medici vocant, ὀρθόπνοιαν. Sed recte Clericus difficultatem reſpirandi, ex ſagina nimia ortam, *ſublimem ſpiritum* intelligendum eſſe vidit, quod comprobavit Bentlejus ad Epicratis fragmentum apud Pollucem IX. 57.

Ὅταν γὰρ, οἶμαι, λευκὸς ἄνθρωπος παχὺς,
Ἀργὸς, λάβῃ δίκελλαν, εἰωθὼς τρυφᾶν,
Πεντασττάτηρον, γίγνεται τὸ πνεῦμ' ἄνω.

Haec ita a ſe emendata, in epiſtola ad Hemſterhuſium, interpretatur Bentlejus: „ſi quis ex plebe illa urbana, albus et ſoli inſuetus, pinguis, piger, luxuriae deditus, vel leviſſi-

mum ligonem vix quinque librarum pondere ſuſtulit, ſtatim *anhelus fit* et ilia ducit: ἄνω γίγνεται, ut Horat. *ſublimi fugies inollis anhelitu.* quod Jul. Scaliger non intelligebat." Valcken. ad Theocr. Adon. p. 315. Sed neſcio, an nemo dixerit, τὸ πνεῦμα κάτω ἔχειν, praeter Nicarchum in epigrammate quodam, alludentem ſimul ad illud loquendi genus, ἄνω καὶ κάτω v. c. διαλέγεσθαι, quo abuſus eſt Alexis ad deridendum Platonem apud Diog. Laertium III. 27.

Εἰς καιρὸν ἥκεις· ὡς ἐγὼ ἀπορουμένη,
Ἄνω κάτω τε περιπατοῦσ', ὥσπερ Πλάτων,
Σοφὸν οὐδὲν εὗρηκ'.

Vide fragmentum Euripidis, ſicuti videtur, in Stobaeo p. 220. 17. Gesner. de quo agit Valckenarius Diatr. p. 199. coll. Luciani Abdicat. T. II. p. 167. ἄνω καὶ κάτω στρέφεσθαι τὰ δίκαια. Utraque igitur locutione conjungenda ſcripſit Nicarchus, ut eſt in Codice Palatino:

Οὐ δύναμαι γνῶναι πότερον χαμαὶ Διόδωρος,
Ἤβδησεν ἔχει γὰρ πνεῦμα κάτω καὶ ἄνω.

Haec aliter a Planude, aliter a Brunckio ſunt conſtituta. Planudes, ſi fides habenda eſt librariis, legit Lib. II. Tit. XIV. ep. 6.

Οὐ δύναμαι γνῶναι πότερον ἔχανεν Θεόδωρος,
Ἤ βδεῖ· ἔχει γὰρ ἔχει πνεῦμα κάτω καὶ ἄνω.

Digitized by Google

Brunckius Anal. T. II. p. 355. reſtituit:

χαίνεις, Θεόδωρε,
Ἡ βδεῖς· πνεῖς γὰρ ἴσον πνεῦμα κάτω καὶ ἄνω.

Felicius rem expediiſſe videtur H. Grotius, interpres κριτικώτατος. Vertens enim T. I. p. 419.

Vipera *namque infra ſibilat atque ſupra*,

manifeſto legit Vir Summus, ut alibi planiſſimum me feciſſe arbitror:

Ἡ βθές'. ἔχις γὰρ ἔχει πνεῦμα κάτω καὶ ἄνω.

Hoc etiam apte dictum eſſe, et epigrammati in hominem, male loquentem, convenienter, quilibet, me non dicente, facile ſentiet. Suus enim cujusque carminis, quod Cicero ait, ſonus eſt, et quaedam intelligentibus nota vox. — Nicarchum imitatus eſt Incertus Anthol. Latin. T. I. p. 608.

Corpore par merulis, es par clamore cicadis.
Hinc differs, quod te tempora nulla vetant.

Dum loqueris, quaerunt cuncti, vox cujus ab ore?

Atque ſonum alterius corporis eſſe putant.
Miramur, tantum accipiant qui membra furorem,
Ut ſit forma levis, clamor et ira gravis!

Caeterum Socrates orationem, quam ſupra commemoravimus, ita concludit apud Platonem: πολὺ δ', οἶμαι, καλλίων σπουδὴ περὶ αὐτὰ γίγνεται, ὅταν τὶς τῇ διαλεκτικῇ τέχνῃ χρώμενος, λαβὼν ψυχὴν προσήκουσαν, φυτεύῃ τε

καὶ σπείρῃ μετ' ἐπιστήμης λόγους· οἳ ἑαυτοῖς τῷ τε φυτεύσαντι βοηθεῖν ἱκανοί τε καὶ οὐχὶ ἄκαρποι, ἀλλὰ ἔχοντες σπέρμα. Similiter fere Meleager in altera epigrammatis jam allati parte:

— — — ἔργα δὲ κρέσσων,
Οὐ λίθον, ἀλλὰ φρενῶν πνεῦμα μεθαρρυθμίσας.
Ἵλαος πλάσσοι τὸν ἐμὸν τρόπον, ὄφρα τυπώσας
Ἐντὸς ἐμῆς ψυχῆς ναὸν Ἔρωτος ἔχῃ.

Hinc lux adfulget epigrammati Leonidae Tarentini, quod legitur Anthol. Plan. IV. Tit. XII. ep. 55. Anal. T. I. p. 230.

Θεσπιέες τὸν Ἔρωτα μόνον θεὸν ἐκ Κυθερείης
Ἄξοντ', οὐχ ἑτέρου γραπτὸν ἀπ' ἀρχετύπου,
Ἀλλ' ὃν Πραξιτέλης ἔγνω θεόν, ὃν περὶ Φρύνῃ
Δερκόμενος, σφετέρων λύτρον ἔδωκε πόθων.

In verbo δερκόμενος haeserunt VV. DD. Brunckius Lect. p. 50. scribendum esse putat, ὃν πυρὶ Φρύνης αἰθόμενος. Jacobsius, cui haec conjectura merito frigidiuscula, neque solita viri acutissimi sagacitate excogitata videbatur, Emend. in Epigr. p. 2. ipse tentavit, ὃν παρὰ Φρύνῃ Εὐρόμενος — λύτρον ἔδωκε. Videamus de vulgata lectione. Fingit auctor epigrammatis, Praxitelem Amoris signum non ab alio vel inchoatum absolvisse, vel repraesentatum imitando expressisse, sed a primo instituisse, *intuendo* veram dei imaginem, a Phryne acceptam, quam in Phrynes viderat ocellis. Hinc reddidit.

Digitized by Google

image
not
available

image
not
available

lectorum interpreti, Bouheriana emendatione nihil frigidius videtur. Is ſenſum hujus loci egregie expreſſit: „Quidni is, quem cupiditas impellit, meliore ſui parte fruſtra repugnante et reclamante, ſponte ſua quidem, ſed tamen invitus, ire dicatur?“ Retinendam igitur cenſet vulgatam lectionem αὐτόματος δ' ἄκων, qua commode uti potuiſſet Marcilius ad Horat. p. 78. ubi de Propertii II. El. XXV. 19. (XIX. 59.) agens:

Ultro contentus rogat, et peccaſſe fatetur,
Laeſus, et invitis ipſe redit pedibus,

legendum eſſe adfirmat, *invitus ipſe redit pedibus.* Sed hanc conjecturam merito cum Brukhuſio exploſit Burmannus. Magis etiam ridicula eſt Grammatici animadverſio ad Homeri, ἑκὼν ἀέκοντί γε Θυμῷ, Il. Δ. 43. Δοκεῖ δέ πως ἐναντίον εἶναι τὸ ἑκὼν, τῷ ἀέκοντί γε Θυμῷ. Videtur ſane! Διὸ καλῶς ὁ Τρύφων, συναλείψας καὶ ἀποστρέψων τὸ α ἐν τῷ δῶκα, συνάπτει τὸ ἀεκὼν, ἵν' ᾖ, δῶκ' ἀέκων ἀέκοντί γε Θυμῷ. Hoc vero ineptiſſimum! Neque tamen Meleager ſcribere potuit αὐτόματος δ' ἄκων, quod vel Propertii locus teſtatur, quo duce ſine haeſitatione corrigendum eſt:

Αὐτομάτοις δ' ἄκων ποσσὶ ταχὺς φέρομαι.

Rem ipſam optime expreſſit Apollonius Rhod. III. 648. de Medea:

Digitized by Google

Δὴν δὲ κατ' αὐτόθι μίμνεν ἐπὶ προδόμῳ θαλάμοιο,
Αἰδοῖ ἐργομένη· μετὰ δ' ἔτραπετ' αὖτις, ὀπίσσω
Στρεφθεῖσ'· ἐκ δὲ πάλιγκιν ἔνδοθεν, ἄψ τ' ἀλέεινεν
Εἴσω· τηῦσιοι δὲ πόδες φέρον ἔνθα καὶ ἔνθα.

Idem III. 1152. ubi vulgo legitur αὐτομάτης:

Αὐτομάτοις δὲ πόδεσσι θοὴς ἐπεβήσατ' ἀπήνης.

Horatius Epod. XI. 20.

Jussus adesse domum, ferebat incerto pede
Ad non amicos heu! mihi postes, et heu!
Limina dura, quibus lumbos et infregi latus.

Haud uno vitio depravatum esse videtur ejusdem Meleagri epigramma LXXII. apud Brunckium T. I. p. 21.

Ὀρθροβόας δυσέρωτι κακάγγελε, νῦν τρισάλαστε,
Ἐννύχιος κράζεις πλευροτυπῆ κέλαδον.
Γαῦρος ὑπερκοίτας, ὅτι μοι βραχὺ τοῦτ' ἔτι νυκτὸς
Καὶ τὸ φιλεῖν, ἐπ' ἐμαῖς δ' ἀδὺ γελᾶς ὀδύναις.
Ἆδε φίλα θρέπτειρα χάρις; ναὶ τὸν βασὺν ὄρθρον
Ἔσχατα γαρύεις ταῦτα τὰ πικρὰ μέλη.

Ad versum 4. haec notavit Jacobsius Animad. Vol. I. P. I. p. 88. „cum puella igitur cubare putandus est poeta, quod non diserte dixit. Paulo durior verborum compositio, βραχὺ τοῦτ' ἔτι νυκτὸς καὶ τὸ φιλεῖν, corruptelae suspicionem movet.“ Insolentius hoc dicendi genus exemplo perquam apto illustrari potest. Sophocles Philoct. 1165.

Πρὸς θεῶν, εἴ τι σέβῃ ξένων, πέλασσον
Εὐνοίᾳ πάσᾳ πελάταν.

Ἀλλὰ γνῶθ', εὖ γνῶθ', ὅτι σοι
Κῆρα τάνδ' ἀποφεύγειν.

Subauditur πάρεστι. Schol. γνῶθι δὲ, ὅτι κῆρα τήνδ', ὃ ἐστι, τὴν περὶ τὸν πόδα νόσον, ἀποφεύγειν σοι πάρεστιν εἰ πειθοίης ἡμῖν. Fortaſſe etiam diſerte dixerat Meleager, ſe cum puella aut puero cubare. Lego equidem, invitis librariis:

Γαῦρος ὑπὲρ κοίτας, ὅτι μοι βραχὺ τοῦτ' ἔτι νυκτὸς
Παῖδα φιλεῖν, ἐπ' ἐμαῖς δ' ἀδὺ γελᾷς ὀδύναις.

Poſſis etiam legere παιδοφιλεῖν: *gaudes, tam breve noctis ſpatium ſupereſſe, quo pueri aut puellae amore frui mihi liceat.*

Ulcus praeterea latere in voce θρέπτειρα non dubito, quis dubitet? Θρέπτειρα eſt nutrix, θρεπτήριος is, qui nutritur, aut ad alendum idoneus. Nutricia ipſa vocantur θρεπτήρια, θρέπτρα, apud Homerum etiam, ſi ſana eſt lectio, θρέπτα, de qua vide Euſtath. ad Il. Δ. 478.

Τοὔνεκά μιν πάλεον Σιμοείσιον· οὐδὲ τοκεῦσι
Θρέπτρα φίλοις ἐπέδωκε.

Reliquus eſt θρεπτὴρ, nutritor, quem Meleagro reſtituamus, legendo:

Ἆδε φίλα θρεπτῆρι χάρις; ναὶ τὸν βαθὺν ὄρθρον—

Haeccine eſt gratia, quam nutritori tuo refers?

Plane vita Meleagri ep. CXVIII. Anal. T. I. p. 34.

Λάξ γὰρ καὶ κοτέων, Ἀσία, ξένε, δύσφρονας ἄνδρας
Πλάκτευν. λαμπρὰ θρεψαμένοισι χάρις.

Vers. 6. γαρύειν, garrire, ut ψεγγεσθαι in epigrammate M. Angentarii VIII. Anal. T. II. p. 267, de incondito avium sono proprie dicitur, unde ortum est proverbium, ὄρνιθος τρόπου ψεγγεσθαι, *incondita verba deblaterare.* Theocritus Eidyll. I. 136.

Κἠξ ὀρέων τοὶ σκῶπες ἀηδόσι, γαρύσαιντο.

Ubi Stephanus aliique viri docti legere malunt δαρίσαιντο, inducti versu Virgilii, (Eclog. VIII. 55. *Certent et cygnis ululae.*) qui referendus potius erat ad Theocrit. Eidyll. V. 136.

Οὐ θεμιτὸν, Λάκων, ποτ' ἀηδόνα κίσσας ἐρίσδειν,
Οὐδ' ἔποπας κύκνοισι.

Hunc etiam locum ante oculos habere potuit auctor ep. 465, quod legitur in Analectis Brunckii T. III. p. 250. Τολμᾷ δὲ ἐρίσαι σκῶπες ἀηδονίσιν, ut adeo nullum hinc praesidium repeti possit ad defendendam emendationem δαρίσαιντο, sicuti olim putabam. In his, fateor, aliqua adhibenda est cautio, ne, similitudines comparando, ad ineptias delabamur. Fac, Virgilium priorem Theocriti versum in animo habuisse; quomodo haec verba *latine* exprimere

poterat? Latinae quidem linguae convenienter vertit, *Certent et cygnis ululae*, ut Lucretius III. 6. *Quid enim contendat hirundo Cygnis?* Illud γαρύειν rei, de qua agit Theocritus, adeo aptum eſt, ut, ſi γηρύειν τινὶ hoc ſenſu dici nequeat, vitium in alia hujus verſiculi parte quaerendum putem. Legere igitur poſſis, id quod placebat etiam Schneidero, viro graece doctiſſimo:

Κήξ ὀρέων διὰ σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο,

h. e. *garriendo*, *canendo*, *cum luſciniis certent noctuae.* Ea enim eſt vis praepoſitionis διά, cum verbis conjunctae, ut iis tribuat interdum certandi ſignificationem. Theocrit. Eidyll. V. 22.

— ἀλλά γέ τοι διαισομαι, ἔστε κ' ἀπείπῃς.

Quod Scholiaſtes reddit, ᾄδων ἐρίσω. Theocrit. Eidyll. VI. 15.

Ἃ δὲ καὶ αὐτόθε τοι διαθρύπτεται, ὡς ἀπ' ἀκάνθας
Ταὶ καπυραὶ χαῖται.

Illa vero ſponte ſua deliciis faciendo tecum contendit, ut vertit Valckenarius, qui laudat T. H. in Miſcell. Obſerv. V. T. III. p. 53. Pindarus Olymp. II. 154.

σοφὸς ὁ πολλὰ εἰδὼς φυᾷ·
Μαθόντες δὲ, λάβροι
Παγγλωσσίᾳ, κόρακες ὡς
Ἄκραντα γαρύετον
Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον.

Digitized by Google

Scholiaſtes. ἀτελῆ καὶ περιττὰ καὶ ἀσύνετα φθέγγονται πρὸς τὸν συνετὸν καὶ θεῖον ὄρνιν τοῦ Διὸς, τὸν ἀετὸν, ἀντιβοῶντες.

Meleagrum imitando expreſſit Marcus Argentarius Anthol. Planud. I. Tit. LX. ep. 10. Anal. T. II. p. 267. cui etiam epigrammati levem maculam adſperſit librariorum incuria:

Ὄρνι τί μοι φίλον ὕπνον ἀφήρπασας; ἡδὺ δὲ Πύρρης
Εἴδωλον κοίτης ᾤχετ' ἀποπτάμενον.
Ἦ τάδε θρέπτρα τίνεις, ὅτι σὴν ἁ σε, δύσμορε, πάσης
Ὠτοτόκου κραίνειν ἐν μεγάροις ἀγέλης;
Ναὶ βωμὸν καὶ σκῆπτρα Σαράπιδος, οὐκ ἔτι νυκτὸς
Φθέγξαι, ἀλλ' ΕΞΕΙΣ βωμὸν, ὃν ὠμοσάμην.

Verſ. 2. Verbum οἴχεσθαι, conjunctum cum participiis verborum, motum qualemcunque ſignificantium, majorem celeritatis vim plerumque addere iis ſolet. Ut M. Argentarius, ita Homerus Il. B. 70. de ſomnio:

Ὣς ὁ μὲν εἰπὼν
Ὤιχετ' ἀποπτάμενος· ἐμὲ δὲ γλυκὺς ὕπνος ἀνῆκεν.

Plato Sympoſ. Vol. X. p. 189. ed. Bipont. ἅμα γὰρ τῷ τοῦ σώματος ἄνθει λήγοντι, οὗπερ ἥρα, οἴχεται ἀποπτάμενος. Cf. Strat. ep. LXVI. Anal. T. II. p. 374. Similiter Homer. Odyſſ. Θ. 355. εἴπερ γάρ κεν Ἄρης χρεῖος ὑπαλύξας Οἴχηται φεύγων. Valckenarius ad Callimachi Fragmenta p. 261. pro eo, quod vulgo legitur in ep. XLII. Anal. T. I. p. 471.

Digitized by Google

Τὸν βαθὺν οἰνοπότην Ἐρασίξενον ἡ δὶς ἑφεξῆς
Ἀκρήτου προποθεῖσ' ὤχετ' ἔχουσα κύλιξ,

repoſuit, ὤχεθ' ἑλοῦσα, *cepit, vicit, ſuperavit.* Illud foret *abſtulit*, ut Theocrit. Eid. XXII. 167. τὰ δ' εἰς ὑγρὸν ὤχετο κῦμα Πνοιὴ ἔχοισ' ἀνέμοιο. — Epigramma M. Argentarii, quod deſcripſimus, pulchre vertit Grotius T. I. p. 247.

Quid ſomnum mihi, galle, fugas? cur, improbe, Pyrrhae
Avolat a ſtratis dulcis imago meis?
Hancne vicem reddis mihi? qui te polline pavi,
Uxoresque dedi tot tibi cortis aves?
Non tu nocte canes poſthac, tibi juro Serapim,
Sacraque: jurati te vocat ara Dei.

Melius exprimere non poterat Grotius verba, ἀλλ' ἔξεις βωμὸν, ὃν ὠμοσάμην, in quibus vitium latere primus ſuſpicatus eſt Jacobſius, corrigens, Emend. in Epigr. p. 53. Φθέγξεαι αἰμάξας βωμόν. Forte legendum:

οὐκ ἔτι νυκτὸς
Φθέγξει, ἀλλ' ΗΞΕΙΣ βωμὸν, ὃν ὠμοσάμην.

Ibis ad aram. Ἥκειν cum quarto caſu conſtruitur v. c. in fragmento Aeſchyli, quod ſervavit Stephanus Byz. v. Ἄβιοι. Hos verſus, nomine Σκυθῶν interpoſito, ita reſtituit Valckenarius Adnot. in Adon. p. 217.

Ἔπειτα δ' ἥξεις δῆμον ἐνδικώτατον
[Σκυθῶν] ἁπάντων, καὶ φιλοξενώτατον,

Γαβίους· ἵν' οὔτ' ἄροτρον, οὔτε γατόμος
Τέμνει δικελλ' ἄρουραν, ἀλλ' αὐτόσποροι
Γύαι φέρουσι βίοτον ἄφθονον βροτοῖς.

Hic Valckenarius: „Homeri Ἀβίους, ait, ab Aeſchylo dictos Γαβίους, Stephano Grammatico narranti fidem adhibuimus; forſan hac etiam in re nimis credulo: potuit enim is vitio Codicis ſui decipi; cur, obſecro, Homeri Ἀβίους, Γαβίους diceret Aeſchylus? Alii hoc verum arbitrentur: — ἀλλ' οὐκ ἐγὼ τὶς ταχυπειθής· Οὐ δᾶν." Enimvero Stephanum non nimis credulum hac in re fuiſſe, teſtatur Scholiaſtes Venetus ad Il. N. 6. τούτους Αἰσχύλος Γαβίους φησίν. Idem tradidit Euſtathius l. c. p. 916. ſcribens, Αἰσχύλος δὲ φασὶν αὐτοὺς Γαυίους λέγει. Atque hanc Euſtathii et Scholiaſtae Veneti animadverſionem referendam eſſe ad Aeſchyli Prometh. vinctum v. 419. putabat Godofr. Hermannus, vir egregius, Obſervat. Crit. c. I. p. 9. Sed Aeſchylus Homeri Ἀβίους dixerat Γαβίους in Prometheo ſoluto, praefixo Γ ex F Aeolico nato, ut diſerte ait Stephanus: Αἰσχύλος τε Γαβίους διὰ τοῦ γ ἐν λυομένῳ Προμηθεῖ. Unde primam ſyllabam in Γάβιοι brevem eſſe intelligitur.

Digitized by Google

CAPUT IV.

De epigrammate Antipatri Sidonii in Nioben. Ἔνθεος κόμη, insana caesaries. Philippi Theſſalonicenſis epigramma comparatum cum verſione Auſonii. Calliſtratus corrigitur. Antipater Sidonius pronuntiare vix potuit κῆδος pro κῆδος. Mulieres Syracoſiae et Corinthiae, fortaſſe etiam Atticae male loquebantur. Pauwii de hac re ſententia corroboratur loco Platonis in Cratylo. Verba Cauinthia. Quid ſit Siciliſſitare apud Plautum? Cicero vertit Platonem. Catulli epigramma in Arrium illuſtratur. Graece dici non poteſt, χεῖρα νύειν. Quatuor deinceps Antipatri epigrammata, in Anacreontem, hirundinem, et Gallum corriguntur. Anacreontis locum, quem commemorat Himerius, ante oculos habuiſſe videtur Antipater Sidonius. Animalium pullos Graeci vocant nomine parentum, flexo in εὐς. Locus Ariſtophanis illuſtratus, Euripidis etiam in Phoeniſſis. Aera χάος appellavit Euripides, teſte Probo. Fragmentum Diogenis Tragici emendatum. Pindari comparatum cum loco Catulli.

Antipatri Sidonii.

Τίπτε, γύναι, πρὸς Ὄλυμπον ἀναιδέα χεῖρα νένευκας
Ἔνθεον ἐξ ἀθέου κρατὸς ἀφεῖσα κόμαν;
Λατοῦς παπταίνουσα πολὺν χόλον, ὦ πολύτεκνε,
Νῦν στένε τὰν πικρὰν καὶ φιλάβουλον ἔριν,
Ἃ μὲν γὰρ παίδων σπαίρει πέλας· ἁ δὲ λιπόπνους
Κέκλιται· ᾇ δὲ βαρὺς πότμος ἐπικρέμαται.
Καὶ μόχθων οὔπω τόδε σοι τέλος, ἀλλὰ καὶ ἄρσην
Ἔστρωται τέκνων ἐσμὸς ἀποφθιμένων.

Ὦ βαρὺ δακρύσασα γενέθλιον, ἄπνοος αὐτὰ
Πέτρος ἔσῃ, Νιόβα, καὶ ἴδι τειρομένα.

Anthol. Planud. IV. Tit. IX. c. 5. Anal. T. II. p. 18. Furentem prae dolore Nioben exhibet verſu ſecundo ἔνθεος κόμα. Latini plerumque diſtinguunt crines *paſſos* a crinibus *ſparſis*. Illi lugentium ſunt, et ſupplicum, hi vaticinantium et furibundorum. Sed audaciores poetae crines ſparſos, exemplo Graecorum, *inſanos* etiam dicunt. Statius Theb. X. 598.

Ille coronatos jamdudum amplectitur ignes,
Fatidicum abſorbens vultu flagrante vaporem.
Stant triſtes horrore comae, vittasque trementes
Caeſaries inſana levat.

Ad quem locum Barthius T. III. p. 1216. *inſana*, inquit, *caeſaries omnia prodigia vincere videtur.* Nolim equidem Statianum dicendi genus ubique, ut probum, defendere. Sed prodigium illud inſanae comae averruncari facile poteſt exemplis aliquot Anthologiae Graecae. Dioſcorides ep. XI. Anal. T. I. p. 495. de Gallo:

Ἔκφρων μαινομένην δοὺς ἀνέμοισι κόμην.

Antipater Sidonius ep. XXVII. Anal. T. II. p. 13. de eodem:

Ῥομβητοὺς δονέων λυσσομανεῖς πλοκάμους

Similiter Alcaeus Meſſenius ep. VIII. Anal. T. I. p. 483.

Ἔνθους ῥομβητὴν ἑστροφάλιξε φόβην.

Malum Argus, quem vocalem *fatidicum*que fabula tradiderat, propterea *inſanam* arborem vocat idem Statius Theb. V. 373. Haud facile in tali re offendet, qui tritas habet veterum poetarum, inprimis graecorum, dictionibus notandis aures. Iniquum tamen judicem poeta nactus eſt Jul. Scaligerum, cujus haec extat in iſtum locum animadverſio Poet. L. V. c. 12. *inſano Epitheto inſanam arborem dixit!*

Ultimum epigrammatis, quo de agimus, verſum vitio aliquo laborare, vel ex hac Grotii caeteroquin pulcherrima verſione apparet:

Non pudet ad coelum quod palmas femina tollis,
Impia lymphatas ſparſa per ora comas?
Latonae, foecunda parens, jam conſpicis iras,
Jurgiaque inſanae mentis acerba gemis.
Eſt quae natarum nece palpitat: altera ſenſu
Linquitur: huic nimium certa ſagittu venit.
Necdum crede mihi luctus finire: ſororum
Triſtia nam ſequitur fata virile genus.
Infauſta prognata die: nec meta laborum
Mors tibi. nam fies, Tantali, morte ſilex.

Repraeſentaverat artifex aliquis, ſive quod ita

eſt, ſive quod ita fingitur, repraeſentaverat igitur miſerrimam matrem propter ſubitam natorum mortem tanto horrore correptam, tanto ſtupore defixam, ut ea *diriguiſſe malis*, quod Ovidius ait, videri poſſet. Hoc poeta, fabulae ſubſidio uſus, addidit de ſuo. Omnino illud notandum eſt, ſcriptores horum carminum plerumque in fine expoſitionis, quam vocant, addere ſententiam aliquam, quae operis propoſiti argumentum quodam modo illuſtret. Hinc Auſonius interpolavit Philippi Theſſalonicenſis epigramma in Medeam Anal. T. II. p. 223.

Τίς σου, Κολχὶς ἄθεσμε, συνέγραφεν εἰκόνι θυμόν;
Τίς καὶ ἐν εἰδώλῳ βάρβαρον εἰργάσατο;
Αἰεὶ γὰρ δίψᾳς βρεφέων φόνον. ἦ τις Ἰήσων
Δεύτερος, ἢ Γλαύκη τις πάλι σοι τρόφασις;
Ἔρρε καὶ ἐν πηρῷ παιδοκτόνε. σῶν γὰρ ἀμέτρων
Ζήλων εἰς ἃ θέλεις καὶ γραφὶς αἰσθάνεται.

Quae non ſufficere ratus Auſonius, addendo uno diſticho, id quod volumus, ſatis illuſtrat ep. 122.

Quis te pictorum ſimulavit peſſima Colchis,
In natos crudum volvere mente nefas?
Usque adeone ſitis puerorum haurire cruorem,
Ut ne picta quidem parcere caede velis?
Numnam te pellex ſtimulat? numne alter Iaſon,
Altera vel Glauce ſunt tibi cauſa necis?

Quin ne picta quidem fis barbara! namque tui vim
Cera tenax zeli concipit immodicam.

Laudo Timomachum, matrem quod pinxit in enſem
Cunctantem prolis ſanguine ne maculet. *)

Sed hos verſus, ſi abeſſent, nemo deſideraret, quandoquidem idem fere ſenſus ineſt diſticho ſuperiori. Magis apta eſt ſententia, qua epigramma in Nioben concluſit Antipater Sidonius, utpote fabulae notiſſimae accommodata: *etiam in lapidem converſa priſtinorum malorum memoriam retinebis.* Hoc latet in verbo τειρομένα, cujus vis in Grotii verſione periit, quamquam is exprimere voluit vulgatam lectionem, κ' ἄϊδι τειρομένα, *nec meta laborum Mors tibi.* Sed hoc repugnat reliquis: *nam ſies, Tantali, morte ſilex.* Igitur ſequenda eſt Brunckii ratio, qui recte monuit, Nioben in lapidem converſam non poſſe verſari *apud Plutonem.* Idem hic accidiſſe videtur librariis,

*) Timomachi Medeam, *anxia ſollicitis meditantem vulnera gnatis*, ut eſt in Culice, v. 249. Antiphilus deſcribens ep. XX. Anal. T. II. p. 174. hoc modo finit: Ἀρχεῖ δ' ἡ μέλλησις, ἔφα σοφός· αἷμα δὲ τέκνων Ἐκφέρε Μηδείᾳ, μὴ χερὶ Τιμομάχου. Hinc Calliſtratus XIII. p. 905. οὐ γὰρ ἀτεγκτος οὐδὲ θηριώδης ἡ εἰκών, ἀλλ' εἰς θυμοῦ καὶ ἀνίας ξύνεξιν διηρεῖτο. Vulgo, μανίας. Sed dixerat paulo ante Calliſtratus, καὶ θυμὸς ἀνίστατο καὶ πρὸς λύπης διάθεσιν μετέβαινεν ἡ εἰκών.

atque Scholiastis Homeri in loco classico de Niobes sorte Il. Ω. 614.

Νῦν δέ που ἐν πέτρῃσιν, ἐν οὐρείοισιν ὀρεσσι
Ἐν Σιπύλῳ, ὅθι φασὶ θεάων ἔμμεναι εὐνὰς
Νυμφάων, αἵ τ' ἀμφ' Ἀχελώϊον ἐρρώσαντο,
Ἔνθα λίθος περ ἐοῦσα, θεῶν ἐκ κήδεα πέσσει.

Ubi unus e Scholiastis haec animadvertit: ἀπορῶς. πῶς γὰρ ἡ λίθος πέσσει; Φιλήμων δὲ ὁ Καμιτὸς φησὶ· ἐγὼ λίθον μὲν τὴν Νιόβην, μὰ τοὺς θεοὺς, οὐδέποτε ἐπείσθην, οὐδὲ νῦν πείθομαι ὡς τοῦτ' ἐγένετο, καὶ κήδεα πέσσει. Talem huic minem exhibet Macedonii epigramma, ipsa nive frigidius, Anal. T. III. p. 114. Sed praestat comparare egregium locum Sophoclis Antig. 822.

Ἤκουσα δὴ λυγροτάταν ὀλέσθαι
Τὰν Φρυγίαν ξέναν
Ταντάλου, Σιπύλῳ πρὸς ἄκρῳ·
Τὰν κισσὸς ὡς ἀτενὴς
Πετραία βλάστα δαμασεν· καὶ νιν
Ὄμβρῳ τακομέναν,
Ὡς φάτις ἀνδρῶν,
Χιὼν τ' αὐδαμὰ λείπει,
Τέγγει θ' ὑπ' ὀφρυσι παγκλαύστοις
Δειράδας.

Perpetuus Graecorum imitator Propertius II. El. XX. 7.

Nec tantum Niobe *bis sex ad busta superba*
Sollicito *lacrymas depluit e* Sipylo.

Jam planum me feciſſe arbitror, quae ſit vera epigrammatis ſententia, et quo modo corrigendum ſit verbum ΚΑΪΔΙ. Scripſit haud dubie Antipater:

ἄπνοος αὐτὰ
Πέτρος ἔσῃ, Νιόβα, ΚΗΔΕΪ τειρομένα.

Inter Epitaphia Heroum et Heroinarum, quae „antiqua quum apud Philologum quendam reperiſſet" latino ſermone convertit Auſonius, unum extat in Nioben ep. 27. cujus archetypum in Anthologia graeca non invenitur, ſed dignum illud, quod hoc loco repetatur, quandoquidem commentarii inſtar eſt in eam, quam propoſui, emendationem:

Niobae, *in Sipylo monte juxta fontem*, ſepultae.

Thebarum regina fui: Sipyleia cautes
Quae modo ſum. laeſi numina Latoidum.
Bis ſeptem natis genitrix laeta atque ſuperba,
Tot duxi mater funera, quot genui.
Nec ſatis hoc divis. duro circumdata ſaxo
Amiſi humani corporis eſſigiem.
Sed dolor, *obſtructis quanquam vitalibus, haeret:*
Perpetuasque rigat fonte pio lacrymas.
Pro facinus! tantaene animis coeleſtibus irae?
Durat adhuc luctus, matris imago perit. *)

*) Exortus nuper eſt vir doctus, qui legere mallet, Πέτρος ἔσῃ. Νιόβα. δάκρυσι λειβόμενος. Sed hoc longius a vulga-

Haec ad ſtabiliendam emendationem, conſenſu viri acutiſſimi nunc etiam corroboratam, contuliſſe ſatis haberem; niſi vindicanda adhuc eſſet litera η in voce κήδει, quam Antipatro reddidimus. Jacobſius enim, quem verus epigrammatis ſenſus minime fugit, ſcribendum eſſe putavit, κάδει τειρομένα. Quid vero intereſt inter hanc et illam, qua nos uſi ſumus, ſcribendi rationem? Permultum ſane! Nam vix credo, Antipatrum Sidonium, etſi dorica dialecto exaratum ſit hoc carmen, κάδος pronuntiaſſe pro κῆδος. Alcman, ſed aeolice ſcribens, Pindarus etiam dixit κάδεα. Idem facere potuit Sophron in Mimis, ſed τὸ ἀκριβὲς τῆς γυναικείας ἑρμηνείας μιμησάμενος. Nam Syracuſiae mulieres et Corinthiae, (*Atticae* etiam) antiquioris dialecti retinentes, male loquebantur. Theocrito vero, aliisque ſcriptoribus, qui doricam recentiorem adoptarunt, haec et his ſimilia jure ſuo abjudicabat Valckenarius Adnot. in Adon. p. 199. ſeq. Haec legenti mihi in mentem venit eorum, quae in libro, errorum quidem refertiſſimo, ſed laude ſua

---

ta lectione abit. Neque vero cum Jacobſio legerem, Πέτρη ἴσην — τειρομένα. Hoc participium commode referri poteſt ad Nioben, ſalva noſtra interpretatione. Caeterum κάδι facilius permutari potuit cum κήδει, quam cum κάδει.

minime privando, (*Recherches philoſophiques ſur les Grecs* T. I. p. 189.) de mulieribus Atticis diſputavit de Pauw: *les courtiſanes, qui fréquentoient librement les écoles des philoſophes, étoient infiniment plus inſtruites*, que les femmes de qualité, qui ne parloient peut-être pas même exactement la langue Grecque: *et il eſt auſſi très-probable qu'on obſervoit le même phénomène* à Rome; *car Cicéron ne cite que cinq ou ſix dames Romaines dont le langage étoit pur et correct*; d' où l'on peut inférer que les autres parloient vicieuſement le Latin, etc. Namo, quod ſciam, locum deprehendit, quem auctori hujus libri in mente haeſiſſe, quum iſta ſcriberet, perquam eſt probabile. Nimirum *Iliacos intra muros peccatur et extra*. Vide, quae de mulieribus Trojanis diſputat Plato Cratyl. §. 12. ed. Fiſcher. Plato autem is fuit, cujus auctoritatem, quamquam non ſatis religioſe, Pauwius ſequeretur. Is in Cratylo §. 291. haec ait: οἶσθα ὅτι οἱ παλαιοὶ οἱ ἡμέτεροι τῷ ἰῶτα καὶ τῷ δέλτα σὺ μάλα ἐχρῶντο· καὶ οὐχ ἥκιστα αἱ γυναῖκες, καὶ περὶ μάλιστα τὴν ἀρχαίαν φωνὴν σώζουσι. νῦν δὲ ἀντὶ μὲν τοῦ ἰῶτα, ἦ ε ἦτα μεταστρέφουσιν, ἀντὶ δὲ δέλτα ζῆτα, ὡς δὴ μεγαλοπρεπέστερα ὄντα. — Πῶς δή; — Οἷον, οἱ μὲν ἀρχαιότατοι ἱμέραν ἐκάλουν, οἱ δὲ ἡμέραν· οἱ δὲ νῦν, ἡμέραν,

Redit tota res, ut apparet, ad ſolam pronuntiationem, quam tantum abeſt, ut mulierculis, (quae *multorum ſermonis expertes, ea tenebant ſemper, quae primi didicerant*) vitio verterit Philoſophus, ut potius hoc nomine eas laudaverit; quanquam negari vix poſſit, quin haec ab aliis, v. c. Comicis, in deteriorem partem explicari, et irriſione ludi potuerint, ut hactenus veri aliquid ſubeſſe videatur ſententiae Pauwianae. Ita quidem res habuit cum Syracoſiis, quarum ruſticam in pronuntiando ſimplicitatem imitatur Theocritus in Adoniazusis, ſecutus hac in re Sophronis Mimum, quo, ut videtur, mulieres Corinthias, in celeberrimo Iſthmiorum certamine ſuo more, dialecto et *ſoloecismis* blaterantes, deriſerat. Hoc ſenſu *Corinthia verba* dici potuiſſe ab auctore Catal. II. Virgil. T. IV. p. 170. ed. Heyn. ſi quis affirmaret, me quidem haberet conſentientem. Iis, quae de Sophrone et Epicharmo egregie diſputavit Valckenarius, addo lepidam Ulpianum inter et Myrtylum de verbo βαλλίζειν altercationem apud Athenaeum Lib. VIII. p. 362. A. Intelligetur ita, quid ſibi voluerit Plautus Menaechm. Prolog. v. 11.

Atque adeo hoc argumentum Graeciſſat tamen;
Verum non Atticiſſat, at Siciliſſitat.

Videtur Plautus indigitare ſcriptorum Siculorum, ut Epicharmi et Sophronis conſuetudinem, vulgarem ſermonem imitandi, et voces vel inuſitatas recipiendi, vel inauditas cudendi, quum ſtatim exempli cauſa *Antelogium*, et in ipſa fabula ejusdem commatis plura verba addat, v. c. *glandionidem ſuillam*, *laridum pernonidem*, alia. Huc pertinet etiam Patruus *Pultiphagonides*, in prologo Poenuli, quae vox nec graeca eſt, nec latina. Vide Toupii Emendat. in Suidam P. III. p. 572. ed. Lipſ. Eadem licentia uſi ſunt Dinolochus, Rhinthon, alii, quod innuit Athenaeus III. p. 111. C. Sed Siculi, et reliqui fere magnae Graeciae populi, omnino *bilingues* erant. Vide Ruhnkeniunt ad Vell. Patere. p. 16. et p. 20.

Locum Platonis, ſupra deſcriptum, paene vertit, certe in rem ſuam convertit Cicero de Orat. III. 12. *Equidem cum audio ſocrum meam Laeliam*, (facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem conſervant, *quod multorum ſermonis expertes*, ea tenent ſemper, quae prima didicerunt) *ſed eam ſic audio, ut Plautum mihi aut Naevium videar audire. Sono ipſo vocis ita recto et ſimplici eſt, ut nihil oſtentationis aut imitationis afferre videatur. — Quare Cotta noſter, cujus tu illa lata, Sulpici, nonnunquam imitaris*, (hoc πλατειάζειν vocat

Theocritus Adon. v. 88.) *ut* Iota *literam tollas et* E *pleniſſimum dicas, non mihi oratores antiquos, ſed meſſores videtur imitari.* Quae media his interjecta ſunt verba: *ex quo ſic locutum eſſe* ejus patrem judico, ſic majores; *non aſpere, ut ille, quem dixi, non vaſte, non ruſtice, non hiulce, ſed preſſe, et aequabiliter, et leniter:* haec igitur verba ſeorſim exponenda duxi, ut componerem hunc locum cum lepidiſſimo Catulli epigrammate in Arrium. Mirum autem videri debet, quid ſit, quare Cicero pronuntiationis rectae, ac ſimplicis, qua Laelia excellebat, cauſam a *patre* ejusque *majoribus*, Catullus contra pravam Arrii conſuetudinem, verba inflata et quaſi anhelata gravius efferendi, a *matre* ejusque *familia* repetendam eſſe putaverit:

Chommoda *dicebat, ſi quando commoda vellet*
Dicere, et hinſidias *Arrius inſidias:*
Et tum mirifice ſperabat ſe eſſe locutum
Quum, quantum poterat, dixerat hinſidias.
Credo, ſic mater, ſic Liber avunculus, *ejus*
Sic maternus avus *dixerit, atque* avia.

Valckenarius ad Fragment. Callimachi p. 62. „cur, ait, matrem ſolam et genus maternum in acerbiſſimo memoret epigrammate Catullus, optime, ni fallor, ipſemet intellexit Arrius.“ Satis conſtat, eodem tempore Romae in uſu

fuisse diversam pronuntiandi rationem, ita quidem, ut laus suavitatis ejus, quae leni literarum appellatione continetur, a Cicerone tanquam propria tribuatur quibusdam familiis, Laeliorum, Muciorum, Catulorum. Erant igitur multae aliae, quas barbaries aliqua domestica infuscaverat, Brut. 74. *Magni autem interest*, (eodem Cicerone auctore, Brut. 58.) *quos quisque audiat quotidie domi, quibuscum loquatur a puero: quemadmodum patres, pacdagogi, matres etiam loquantur.* Fac, matrem Arrii ejusmodi stirpis prolem fuisse, quam barbaries aliqua domestica infuscaverat. Hanc, utpote mulierem, quae *incorruptam* antiquitatem facilius conservaret, probabile est, antiquam familiae et quasi per manus traditam dialectum retinuisse, marito licet melius loquente. Quo quidem posito, sequitur, Catullum, ut Arrium pungeret, majori jure matris, quam patris, mentionem injeciisse. Atque hinc etiam apparet, haud vanam fuisse Pauwii, a multis tamen propterea vehementer notati, sententiam, quum diceret, e Ciceronis loco Brut. 58. effici, reliquas mulieres vitiose locutas esse.

Sed redeamus ad epigramma Antipatri Sidonii, quod nondum persanatum est. Quis enim non offendat in primo carminis versiculo?

Τίπτε, γύναι, πρὸς Ὄλυμπον ἀναιδέα ΧΕΙΡΑ ΝΕΝΕΤΚΑΣ;

Quis vero unquam graece dixit, χεῖρα νεύειν, et quidem πρὸς Ὄλυμπον, pro, *manus tollere* ad coelum? Alterum νεύειν εἰς τὴν γῆν sive πρὸς τὴν γῆν, *demittere caput, oculos, in terram*, satis notum; alterius exemplum nusquam occurrit. Neque ea loca, quae contulit Wakefield in Silv. crit. V. p. 64. insolitum hoc dicendi genus sartum tectumque praestant. Ut breviter dicam, quod res est, elegantissimum illud epigramma, duobus mendis, quoad scripturam, levissimis, quoad sensum maximis diu contaminatum, hoc modo legendum est:

Τίπτε, γύναι, πρὸς Ὄλυμπον ἀναιδέα ΧΕΙΡ' ΑΝΕ-
ΝΕΙΚΑΣ,
Ἔνθεον ἐξ ἀθέου κρατὸς ἀφεῖσα κόμαν;
Λατοῦς παπταίνουσα πολὺν χόλον, ᾧ πολύτεκνε,
Νῦν στένε τὰν πικρὰν καὶ φιλάβουλον ἔριν.
Ἃ μὲν γὰρ παίδων σπαίρει πέλας· ἃ δὲ λιπόπνους
Κέκλιται· ἃ δὲ βαρὺς πότμος ἐπικρέμαται.
Καὶ μόχθων οὔπω τόδε σοι τέλος, ἀλλὰ καὶ ἄρσην
Ἔστρωται τέκνων ἐσμὸς ἀποφθιμένων.
Ὦ βαρὺ δακρύσασα γενέθλιον, ἄπνοος αὐτὰ
Πέτρος ἔσῃ, Νιόβα, ΚΗΔΕΙ τειρομένα.

Manum *tollere* vulgo est, ἀνέχειν, ἀνατείνειν τὴν χεῖρα. Euripides Phoen. 1419. ἀναφέρειν dixit de pede:

Λαιὸν μὲν εἰς τοὔπισθεν ἀναφέρει πόδα, pedem tollit ad regrediendum, retro fert, ἀνέχει, ut loquitur Tragicus Hippol. 1292.

Ἦ πτηνὸς ἄνω μεταβὰς βίοτον,
Πήματος ἔξω πόδα τόνδ' ἀνέχεις.

Quod Valckenarius p. 303. explicat, ἀναφέρεις, ἀνάγεις, sive ἄνω ἔχεις. Homer. Il. H. 130.

Πολλά κεν ἀθανάτοισι φίλας ἀνὰ χεῖρας ἀείραι.

Quod expressit Ennius apud Ciceron. de Divin. I. 20.

Quanquam multa *manus ad coeli caerula templa*
Tendebam lacrymans, et blanda voce vocabam.

P. Burmannus ad Gratium Cyneg. 493. adfirmat, *multa* h. l. non neutro genere pro *multum*, sed feminino pro πολλὴ, capiendum esse. Neque me fugit, Ruhnkenium hanc Burmanni sententiam suam fecisse in Epist. Crit. II. p. 142. ad Callimachi H. in Dian. 27. πολλὰς δὲ μάτην ἐτανύσσατο χεῖρας. Sed πολλὰ et *multa*, Homeri et Ennii, plane sibi respondent, ut hoc etiam neutro genere, sive pro adverbio accipiendum esse videatur. — Caeterum hodieque extant Niobes signa Florentiae. Extant item duo Anaglypha, quorum alterum expofuit Winckelman. Monument. 89. alterum Visconti in Museo Pio-Clementino T. IV. t. 17. Nulli horum operum convenit epigramma Antipatri Sidonii. Unde hic etiam

Digitized by Google

ſuſpicio oritur, auctorem ficte loqui. Sed plura olim Niobes ſigna extiterunt, ut haec res ad liquidum perduci nequeat. Vide Heynium in Comment. Societ. Gotting. T. X. p. 112.

Ejusdem.

Εὕδεις ἐν φθιμένοισιν, Ἀνάκρεον, ἐσθλὰ πονήσας,
Εὕδει δ' ἡ γλυκερὴ νυκτιλάλος κιθάρα,
Εὕδει καὶ Σμέρδις, τὸ Πόθων ἔαρ, ᾧ σὺ μελίσδων,
Βάρβιτ', ἀνεκρούου νέκταρ ἐναρμόνιον.
Ἡϊθέων γὰρ ἔρωτος ἔφυς σκοπός· ἐς δέ σε μοῦνον
Τόξα τε καὶ σκολιὰς εἶχεν ἑκηβολίας.

Anal. T. II. p. 26. Ἀνακρούεσθαι v. 4. proprie eſt, tentandi praeludendique cauſa citharae chordas impellere, ſicut in cantu dicitur, μέλος ἀναβάλλεσθαι. Vide T. II. ad Luciani Nigr. T. I. p. 47. Hinc ἀνάκρουσις idem eſt atque προοίμιον in nomo Pythio, quo Apollo ad pugnam cum Pythone ſe praeparans repraeſentabatur. Strabo Lib. IX. p. 290. ἀνάκρουσιν μὲν τὸ προοίμιον δηλῶν. Hoc loco ἀνακρούεσθαι νέκταρ eſt, *percutere lyrae carmen*, ut loquitur Propertius II. El. I. 9. Alii eodem ſenſu dicunt κρέκειν, ἀράσσειν μέλος. Unde cor-

Digitized by Google

Λαιὸν μὲν εἰς τοὔπισθεν ἀναφέρει πόδα, pedem tollit ad regrediendum, retro fert, ἀνέχει, ut loquitur Tragicus Hippol. 1292.

Ἦ πτηνὸς ἄνω μεταβὰς βίοτον,
Πήματος ἔξω πόδα τόνδ' ἀνέχεις.

Quod Valckenarius p. 303. explicat, ἀναφέρεις, ἀνάγεις, sive ἄνω ἔχεις. Homer. Il. H. 130.

Πολλά κεν ἀθανάτοισι φίλας ἀνὰ χεῖρας ἀείραι.

Quod expressit Ennius apud Ciceron. de Divin. I. 20.

Quanquam multa *manus ad coeli caerula templa*
Tendebam lacrymans, et blanda voce vocabam.

P. Burmannus ad Gratium Cyneg. 493. adfirmat, *multa* h. l. non neutro genere pro *multum*, sed feminino pro πολλὴ, capiendum esse. Neque me fugit, Ruhnkenium hanc Burmanni sententiam suam fecisse in Epist. Crit. II. p. 142. ad Callimachi H. in Dian. 27. πολλὰς δὲ μάτην ἐτανύσσατο χεῖρας. Sed πολλὰ et *multa*, Homeri et Ennii, plane sibi respondent, ut hoc etiam neutro genere, sive pro adverbio accipiendum esse videatur. — Caeterum hodieque extant Niobes signa Florentiae. Extant item duo Anaglypha, quorum alterum expofuit Winckelman. Monument[illegible] alterum Visconti in Museo Pio-Cl[illegible] t. 17. Nulli horum ope[illegible] gramma Antipatri Sidor[illegible]

ſuſpicio oritur, auctorem ficte loqui. Sed plura olim Niobes ſigna extiterunt, ut haec res ad liquidum perduci nequeat. Vide Heynium in Comment. Societ. Gotting. T. X. p. 112.

Ejusdem.

Εὕδεις ἐν φθιμένοισιν, Ἀνάκρεον, ἐσθλὰ πονήσας,
Εὕδει δ' ἡ γλυκερὴ νυκτιλάλος κιθάρα,
Εὕδει καὶ Σμέρδις, τὸ Πόθων ἔαρ, ᾧ σὺ μελίσδων,
Βάρβιτ', ἀνεκρούου νέκταρ ἐναρμόνιον.
Ἠϊθέων γὰρ ἔρωτος ἔφυς σκοπός· ἐς δέ σε μοῦνον
Τόξα τε καὶ σκολιὰς εἶχεν ἑκηβολίας.

Anal. T. II. p. 26. Ἀνακρούεσθαι v. 4. proprie eſt, tentandi praeludendique cauſa citharae chordas impellere, ſicut in cantu dicitur, μέλος ἀναβάλλεσθαι. Vide T. H. ad Luciani Nigr. T. I. p. 47. Hinc ἀνάκρουσις idem eſt atque προοίμιον in nomo Pythio, quo Apollo ad pugnam cum Pythone ſe praeparans repraeſentabatur. Strabo Lib. IX. p. 290. ἀνακρουσιν μὲν τὸ [illegible] Hoc loco [illegible]

Ὡς ὁ Διωνύσοιο λελασμένος οὔποτε κώμων.

Aliam viam ingreſſus Jacobſius, Animad. Vol. II. P. I. p. 68. repoſuit:

Ὡς ὁ Διωνύσου μεμυημένος ὄργια κώμων.

quandoquidem ego in myſteria comiſſationum Dionyſi initiatus, nec apud inferos Bacchi donis patienter carebo. Me nondum poenitet conjecturae meae:

Ὡς ὁ Διωνύσου μεμελημένος ΗΘΑΣΙ κώμοις.

h. e. homo *conviviis adſuetus*, qualis Anacreon fuit, qui propterea etiam verſu minori dicitur, ὁ Φιλακρήτου σύντροφος ἁρμονίης. Ita loquitur Nonnus XXXVII. 493. Ἡθάδι πυγμαχίῃ μεμελημένος. Idem l. c. 36. Παντοίαις ἀρετῇσι μεμηλότες, plane ut Pindar. Ol. I. 145.

Ἅ τέκε λαγέτας ἔξ
Ἀρεταῖσι μεμαλότας υἱούς.

Plura exempla collegit Dorvillius ad Charit. p. 580. et alibi. Eſt igitur μεμελημένος ἠθάσι κώμοις idem, qui Φιλόκωμος, ut Anacreontem vocat Simonides, Anal. T. I. p. 136. ep. LIV.

Ὡς ὁ Φιλάκρητός τε καὶ οἰνοβαρὴς Φιλόκωμος
Παννύχιος κρούων τὴν φιλόπαιδα χέλυν.

Digitized by Google

Incerti.

Ἀρτιγενῶν σε χελιδὼν οὖσαν μητέρα τέκνων,
Ἄρτι σε θάλπουσαν παῖδας ὑπὸ πτέρυγι,
Αἴξας ἔντοσθε νεοσσοκόμοιο καλιῆς
Νύσφισεν ὠδίνων τετραέλικτος ὄφις,
Καί σε κινυρομέναν ὁπότ' ἄθροος ἦλθε δαϊζών,
Ἤριπεν ἐσχαρίου Χαβρὸν ἐπ' ἀσθμα πυρός.
Καὶ θάνεν ἠλιτοεργός. ἰδ' ὡς Ἥφαιστος ἀμύντωρ
Τὰν ἀπ' Ἐριχθονίου παιδὸς ἔσωσε γονάν.

Anthol. Plan. III. Tit. XXIV. ep. 14. Anal. T. II. p. 23. Descripsi hoc epigramma ex editione Planudea, id quod, me etiam non monente, indicasset primus statim versus, quo nunquam vidi magis elumbem. Tales hexametros pangere solebant Tzetzes, Planudes, et ut quisque horum simillimus erat, non Antipater, sive is Sidonius fuerit, sive Thessalonicensis. Alterutrum enim hujus carminis auctorem esse, e Membranis constat, quae versum istum hoc modo exhibent:

Ἄρτι νεηγενέων σε χελιδόνι μητέρα τέκνων.

Accentu mutato lectio, χελιδονὶ, servari poterit. Nam falsa est Grammaticorum quorundam regula, Substantiva oxytona in Vocativo literam σ ubique retinere. Vide fragment. Eu-

ripidis 34. ed. Beck. p. 497. Forma paulo rariore, χελιδονίς, utitur Antipater Sidonius ep. XXVI. χελιδονίδων ἅμα φωνᾷ, et Incertus ep. DCCXXXII. Anal. T. III. p. 310. Ut χελιδὼν et χελιδονὶς, ita in usu fuere ἀηδὼν et ἀηδονὶς. Quibus adde tertiam formam, χηλιδὼ (Aristoph. Av. 1412.) et ἀηδὼ, (Sophocl. Aj. 628.) Eustath. ad Il. Θ. p. 604, 29. Τὸ Γοργοῦς, κλίνεται, ὡς ἡ Σαπφὼ, τῆς Σαπφοῦς. ἴσως δὲ καὶ τὸ Ἀηδοῦς, ὅ ἐστιν ἀηδόνος, παρὰ Σοφοκλεῖ, κατὰ τὸ χελιδοῖ παρὰ τῷ Κωμικῷ ἀπὸ ὁμοίας εὐθείας ἐκλίθησαν. Quae Pindaro dicta fuit Κηληδών, ea Atticis dici potuisset Κηληδὼ, οῦς, ut Γοργὼν, όνος, Γοργὼ, οῦς, et similia. Vide inprimis Etym. M. in v. Ἀρηγόνες.

Pullum hirundinis, quem νεηγενὲς χελιδονίδος τέκνον vocat Antipater, Achaeus Tragicus, teste Eustathio ad Homer. Il. I. p. 653. 2. dixerat χελιδόνος μόσχον, hoc versu:

Χάσκοντα λιμῷ μόσχον ὡς χελιδόνος.

Quicum confer Juvenal. Satyr. X. 230.

Ipse ad conspectum coenae diducere rictum
Suetus, hiat tantum, ceu pullus hirundinis, *ad quem*
Ore volat pleno mater jejuna,

quoniam scilicet, ut ait Homer. Il. I. 303.

ὄρνις ἁπτῆσι νεοσσοῖσι προφέρησι
Μάστακ', ἐπεί κε λάβῃσι, κακῶς δ' ἄρα οἱ πέλει αὐτῇ.

Platon. Sympoſ. p. 239. ed. Bip. καὶ αὐτὰ τῷ λιμῷ παρατεινομένα, ὥστ' ἐκεῖνα ἐκτρέφειν. — Iſtam Achaei audaciam non ferens Euſtathius adfirmat, poetam dicere debuiſſe non μόσχον, ſed νεοττὸν aut χελιδονιδῆα. Ita enim Graeci pullos animalium vocare ſolebant, nomine parentum flexo in δεὺς, ut λυκιδεῖς, λαγιδεῖς, περιστεριδεῖς etc. dicebant, luporum, leporum, columbarum pullos, de qua re ſuo more diſputavit Valckenarius ad Theocriti Adoniaz. v. 121. p. 401. ita quidem, ut in *editis* Grammaticis vix quicquam praeter ea loca, quae ibi congeſta ſunt, repertum iri ſibi ipſe perſuaderet vir unus omnium eruditiſſimus. Quod tamen ſecus eſt. Extant duae gloſſae apud Suidam, quae non modo doctrinam illam egregie confirmant, ſed illuſtrant etiam locum quendam Ariſtophanis, cujus venuſtatem interpretes non ſatis aſſecuti eſſe videntur. Suidas igitur in v. Χαιριδεῖς. ὑπὸ τοῦ Χαίριδος πεπαιδευμένοι, ἢ μελετῶντες. Χαῖρις δὲ αὐλητὴς Θηβαῖος ἄμουσος. οὕτω δὲ λέγουσιν Ἀττικοὶ ἀπὸ τοῦ Χαίριδος Χαιριδεῖς, καὶ ἀπὸ τῆς περιστερᾶς περιστεριδεῖς. Exſcripſit Suidas Scholiaſten ad Ariſtophanis Acharn. 864.

Digitized by Google

Λαιὸν μὲν εἰς τοὔπισθεν ἀναφέρει πόδα,

pedem tollit ad regrediendum, retro fert, ἀνέχει, ut loquitur Tragicus Hippol. 1292.

Ἦ πτηνὸς ἄνω μεταβὰς βίοτον,
Πήματος ἔξω πόδα τόνδ' ἀνέχεις.

Quod Valckenarius p. 303. explicat, ἀναφέρεις, ἀνάγεις, sive ἄνω ἔχεις. Homer. Il. H. 130.

Πολλά κεν ἀθανάτοισι φίλας ἀνὰ χεῖρας ἀείραι.

Quod expressit Ennius apud Ciceron. de Divin. I. 20.

Quanquam multa *manus ad coeli caerula templa*
Tendebam lacrymans, et blanda voce vocabam.

P. Burmannus ad Gratium Cyneg. 493. adfirmat, *multa* h. l. non neutro genere pro *multum*, sed feminino pro πολλὴ, capiendum esse. Neque me fugit, Ruhnkenium hanc Burmanni sententiam suam fecisse in Epist. Crit. II. p. 142. ad Callimachi H. in Dian. 27. πολλὰς δὲ μάτην ἐτανύσσατο χεῖρας. Sed πολλὰ et *multa*, Homeri et Ennii, plane sibi respondent, ut hoc etiam neutro genere, sive pro adverbio accipiendum esse videatur. — Caeterum hodieque extant Niobes signa Florentiae. Extant item duo Anaglypha, quorum alterum expofuit Winckelman. Monument. 89. alterum Visconti in Museo Pio-Clementino T. IV. t. 17. Nulli horum operum convenit epigramma Antipatri Sidonii. Unde hic etiam

Digitized by Google

ſuſpicio oritur, auctorem ficte loqui. Sed plura olim Niobes ſigna extiterunt, ut haec res ad liquidum perduci nequeat. Vide Heynium in Comment. Societ. Gotting. T. X. p. 112.

Ejusdem.

Εὕδεις ἐν φθιμένοισιν, Ἀνάκρεον, ἐσθλὰ πονήσας,
Εὕδει δ' ἡ γλυκερὴ νυκτιλάλος κιθάρα;
Εὕδει καὶ Σμέρδις, τὸ Πόθων ἔαρ, ᾧ σὺ μελίσδων,
Βάρβιτ', ἀνεκρούου νέκταρ ἐναρμόνιον.
Ἱμέρων γὰρ ἔρωτος ἔφυς σκαπός· ἐς δέ σε μοῦνον
Τόξα τε καὶ σκολιὰς εἶχεν ἐκηβολίας.

Anal. T. II. p. 26. Ἀνακρούεσθαι v. 4. proprie eſt, tentandi praeludendique cauſa citharae chordas impellere, ſicut in cantu dicitur, μέλος ἀναβάλλεσθαι. Vide T. H. ad Luciani Nigr. T. I. p. 47. Hinc ἀνάκρουσις idem eſt atque προοίμιον in nomo Pythio, quo Apollo ad pugnam cum Pythone ſe praeparans repraeſentabatur. Strabo Lib. IX. p. 290. ἀνάκρουσιν μὲν τὸ προοίμιον δηλῶν. Hoc loco ἀνακρούεσθαι νέκταρ eſt, *percutere lyrae carmen*, ut loquitur Propertius II. El. I. 9. Alii eodem ſenſu dicunt κρέκειν, ἀράσσειν μέλος. Unde cor-

Digitized by Google

rigendus est Paulus Silentiarius in Ecphrasi S. Sophiae v. 3.

οὐδὲ τροπαίοις
Ἀμφὶ τυραννοφόνοις καναχηπόδα θυμὸν ἀράσσω.

Lege, ὕμνον ἀράσσω. Hymnos v. 38. εὔποδας vocat. Conf. Theocrit. Eidyll. IV. 30.

ἐγὼ δέ τις εἰμὶ μελικτὰς
Κῆυ μὲν τὰ Γλαύκας ἀγκρούομαι, εὖ δὲ τὰ Πύῤῥω.

Antipater Sidonius ante oculos habuisse videtur locum Anacreontis, cujus meminit Himerius Orat. XIV. p. 612. ed. Wernsd. Ἐκεῖνος γάρ ποτε ἐρασθεὶς ἐφήβου καλοῦ, ἐπειδήπερ ἑώρα τὸν ἔφηβον ὀλίγον αὐτοῦ φροντίζοντα, λύραν ἁρμόσας ἠπείλει τοῖς Ἔρωσιν, εἰ μὴ αὐτῷ τιτρώσκοιεν αὐτίκα τὸν ἔφηβον, μηκέτι μέλος εὔφημον εἰς αὐτοὺς ἀνακρούσασθαι. — V. 5. Brunckius legit ἠϊθέου, Jacobsius, εἷς σὺ, γέρον, γὰρ Ἔρωτος ἔφυς σκοπός. In alia omnia abiit Grotius, qui malebat, Ἠϊθέων γὰρ ἔρωτος ἔφυ σκοπὸς, Smerdis scilicet, cui adeo nova plane imagine, tribuendi forent arcus, telorumque, quibus Anacreontem vulneraret, conjectus:

Mortue Anacreion post pulchra poemata dormis,
Et tecum pernox dulce locuta fides.
Dormit et auricomus Smerdis, ver illud Amorum,
Cantabat nectar cui tua blanda chelys.
Nam fuit ardori juvenum scopus ille, *sed in quem*
Tela truce ex arcu mitteret, unus eras.

Digitized by Google

Ejusdem.

Ξεῖνε, τάφον παρὰ λιτὸν Ἀνακρείοντος ἀμείβων,
Εἴ τι τοι ἐκ βίβλων ἦλθεν ἐμῶν ὄφελος,
Σπεῖσον ἐμῇ σποδιῇ, σπεῖσον γάνος, ὄφρα κεν οἴνῳ
Ὀστέα γηθήσῃ τἀμὰ νοτιζόμενα,
Ὡς ὁ Διωνύσου μεμελημένος ΟΤΑΣΙ κῶμος,
Ὡς ὁ Φιλακρήτου σύντροφος ἁρμονίης,
Μηδὲ καταφθίμενος Βάκχου δίχα τοῦτον ὑποίσω
Τὸν γενεῇ μερόπων χῶρον ὀφειλόμενον.

Anthol. Planud. III. Tit. XXV. ep. 50. Anal. T. II. p. 26. Versus 5 et 6, Brodaeus his verbis interpretatur: „quoniam et ego Bacchi auribus curae fui cantus, id est, canens, et vinolentae Harmoniae alumnus.“ Ita fere Grotius, qui vertit:

Auribus ut teneri vox semper grata Lyaei,
Qui dapis et Musae nuper alumnus eram,
Haec quoque non tolerem dulci sine munere Bacchi
Humano generi debita vasta loca.

Non miror, vulgatam lectionem displicuisse Brunckio, qui in Lect. p. 127. ipsius Anacreontis personam exprimi debere in hoc versu, ut et in sequentibus, recte animadvertit. Neque tamen *facilis* haec potest haberi emendatio, quam in textum recepit:

Ὡς ὁ Διωνύσοιο λελασμένος οὔποτε κώμων.

Aliam viam ingreſſus Jacobſius, Animad. Vol. II. P. I. p. 68. repoſuit:

Ὡς ὁ Διωνύσου μεμυημένος ὄργια κώμων.

quandoquidem ego in myſteria comiſſationum Dionyſi initiatus, nec apud inferos Bacchi donis patienter carebo. Me nondum poenitet conjecturae meae:

Ὡς ὁ Διωνύσου μεμελημένος ΗΘΑΣΙ κώμοις.

h. e. homo *conviviis adſuetus*, qualis Anacreon fuit, qui propterea etiam verſu minori dicitur, ὁ Φιλακρήτου σύντροφος ἁρμονίης. Ita loquitur Nonnus XXXVII. 493. Ἡθάδι πυγμαχίῃ μεμελημένος. Idem l. c. 36. Παντοίαις ἀρετῇσι μεμηλότες, plane ut Pindar. Ol. I. 145.

Ἅ τέκε λαγέτας ἔξ
Ἀρεταῖσι μεμαλότας υἱούς.

Plura exempla collegit Dorvillius ad Charit. p. 580. et alibi. Eſt igitur μεμελημένος ἠθάσι κώμοις idem, qui φιλόκωμος, ut Anacreontem vocat Simonides, Anal. T. I. p. 136. ep. LIV.

Ὡς ὁ Φιλάκρητός τε καὶ οἰνοβαρὴς Φιλόκωμος
Παννύχιος κρούων τὴν φιλόπαιδα χέλυν.

Digitized by Google

Incerti.

Ἀρτιγενῶν σε χελιδὼν οὖσαν μητέρα τέκνων,
Ἄρτι σε θάλπουσαν παῖδας ὑπὸ πτέρυγι,
Αἴξας ἔντοσθε νεοσσοκόμοιο καλιῆς
Νύσφισεν ὠδίνων τετραέλικτος ὄφις,
Καί σε κινυρομέναν ὁπότ' ἄθροος ἦλθε δαϊζών,
Ἤριπεν ἐσχαρίου Χαβρὸν ἐπ' ἀσθμα πυρός.
Καὶ θάνεν ἠλιτοεργός. ἴδ' ὡς Ἥφαιστος ἀμύντωρ
Τὰν ἀπ' Ἐριχθονίου παιδὸς ἔσωσε γονάν.

Anthol. Plan. III. Tit. XXIV. ep. 14. Anal. T. II. p. 23. Descripsi hoc epigramma ex editione Planudea, id quod, me etiam non monente, indicasset primus statim versus, quo nunquam vidi magis elumbem. Tales hexametros pangere solebant Tzetzes, Planudes, et ut quisque horum simillimus erat, non Antipater, sive is Sidonius fuerit, sive Thessalonicensis. Alterutrum enim hujus carminis auctorem esse, e Membranis constat, quae versum istum hoc modo exhibent:

Ἄρτι νεηγενέων σε χελιδόνι μητέρα τέκνων.

Accentu mutato lectio, χελιδονὶ, servari poterit. Nam falsa est Grammaticorum quorundam regula, Substantiva oxytona in Vocativo literam σ ubique retinere. Vide fragment. Eu-

ripidis 34. ed. Beck. p. 497. Forma paulo rariore, χελιδονὶς, utitur Antipater Sidonius ep. XXVI. χελιδονίδιων ἅμα φωνᾷ, et Incertus ep. DCCXXXII. Anal. T. III. p. 310. Ut χελιδὼν et χελιδονὶς, ita in usu fuere ἀηδὼν et ἀηδονὶς. Quibus adde tertiam formam, χελιδὼ (Aristoph. Av. 1412.) et ἀηδὼ, (Sophocl. Aj. 628.) Eustath. ad Il. Θ. p. 604. 29. Τὸ Γοργοῦς, κλίνεται, ὡς ἡ Σαπφὼ, τῆς Σαπφοῦς. ἴσως δὲ καὶ τὸ Ἀηδοῦς, ὃ ἐστιν ἀηδόνος, παρὰ Σοφοκλεῖ, καὶ τὸ χελιδοῖ παρὰ τῷ Κωμικῷ ἀπὸ ὁμοίας εὐθείας ἐκλίθησαν. Quae Pindaro dicta fuit Κηληδὼν, ea Atticis dici potuisset Κηληδὼ, οῦς, ut Γοργὼν, όνος, Γοργὼ, οῦς, et similia. Vide inprimis Etym. M. in v. Ἀρηγόνες.

Pullum hirundinis, quem νεηγενὲς χελιδονίδος τέκνον vocat Antipater, Achaeus Tragicus, teste Eustathio ad Homer. Il. I. p. 655. 2. dixerat χελιδόνος μόσχον, hoc versu:

Χάσκοντα λιμῷ μόσχον ὡς χελιδόνος.

Quicum confer Juvenal. Satyr. X. 230.

Ipse ad conspectum coenae diducere rictum
Suetus, hiat tantum, ceu pullus hirundinis, *ad quem*
Ore volat pleno mater jejuna,

quoniam scilicet, ut ait Homer. Il. I. 323.

ὄρνις ἁπτῆσι νεοσσοῖσι προφέρησι
Μάστακ', ἐπεί κε λάβῃσι, κακῶς δ' ἄρα οἱ πέλει αὐτῇ.

Platon. Sympoſ. p. 239. ed. Bip. καὶ αὐτὰ τῷ λιμῷ παρατεινομένα, ὥστ' ἐκεῖνα ἐκτρέφειν. — Iſtam Achaei audaciam non ferens Euſtathius adfirmat, poetam dicere debuiſſe non μόσχον, ſed νεοττὸν aut χελιδονιδῆα. Ita enim Graeci pullos animalium vocare ſolebant, nomine parentum flexo in δεὺς, ut λυκιδεῖς, λαγιδεῖς, περιστεριδεῖς etc. dicebant, luporum, leporum, columbarum pullos, de qua re ſuo more diſputavit Valckenarius ad Theocriti Adoniaz. v. 121. p. 401. ita quidem, ut in *editis* Grammaticis vix quicquam praeter ea loca, quae ibi congeſta ſunt, repertum iri ſibi ipſe perſuaderet vir unus omnium eruditiſſimus. Quod tamen ſecus eſt. Extant duae gloſſae apud Suidam, quae non modo doctrinam illam egregie confirmant, ſed illuſtrant etiam locum quendam Ariſtophanis, cujus venuſtatem interpretes non ſatis aſſecuti eſſe videntur. Suidas igitur in v. Χαιριδεῖς. ὑπὸ τοῦ Χαίριδος πεπαιδευμένοι, ἢ μελετῶντες. Χαῖρις δὲ αὐλητὴς Θηβαῖος ἄμουσος. οὕτω δὲ λέγουσιν Ἀττικοὶ ἀπὸ τοῦ Χαίριδος Χαιριδεῖς, καὶ ἀπὸ τῆς περιστερᾶς περιστεριδεῖς. Exſcripſit Suidas Scholiaſten ad Ariſtophanis Acharn. 864.

Digitized by Google

Παῦ' ἐς κόρακας· οἱ σφῆκες οὐκ ἀπὸ τῶν Συρῶν;
Πόθεν προσέπταν οἱ κακῶς ἀπολούμενοι
Ἐπὶ τὴν Σύραν μοι Χαιριδεῖς βομβαύλιοι.

Dicaeopolis, qui tibicines iſtos Thebanos appellaverat σφῆκας, ut ſibi conſtet, eosdem deinceps vocat Χαιριδεῖς q. d. pullos Chaeridis, qui a Chaeride, tanquam veſpae a parentibus, didiciſſent τὸ βομβεῖν. Similis locus eſt in Avibus 860.

Παῦσαι σὺ φυσῶν. Ἡράκλεις, τουτί τί ἦν
Τουτί; μὰ Δί' ἐγὼ πολλὰ δὴ καὶ δειν' ἰδὼν,
Οὔπω κόρακ' εἶδον ἐμπεφορβωμένον.

Eodem reſpexit Suidas in v. Περιστεριδεῖς. ὥσπερ ἀπὸ τοῦ Χαίριδος Χαιριδεῖς, οὕτω καὶ ἀπὸ τῆς περιστερᾶς Περιστεριδεῖς. — Paululum conturbari iſta Valckenarii ratio videbatur animadverſione aliqua, quam e Philemonis Lexico Technologico Ms. delibatam cum amico communicaverat D. Ruhnkenius: Λαγίδης, πατρωνυμικὸν, ἐκ τοῦ Λαγωοῦ, ὡς, ὁ τοῦ πελαργοῦ γόνος, Πελαργίδης, τοῦ λύκου, Λυκίδης, Ἀλεκτορίδης, Χηνίδης, Περδικιόνης. Huic etiam gloſſae adſtipulatur Suidas in v. Λαγίδης. ὁ τοῦ λαγωοῦ. Sed ut a Philemone de gradu ſe dejici non paſſus Valckenarius, iſta omnia in δεὺς terminanda eſſe recte ſtatuit, ita et Suidam aut erraſſe arbitror, aut ſcripſiſſe Λαγιδεύς. ὁ τοῦ λαγωοῦ. Atque hinc intelligitur,

Digitized by Google

quo ſpectet brevis illa ſed docta Wyttenbachii, viri clariſſimi, animadverſio ad Plutarchum de Educ. Lib. c. II. ubi vulgo legitur: πάνυ δ' ἄξιον ἐπαινεῖν καὶ Λακεδαιμονίους τῆς μεγαλοφροσύνης. οἵτινες Ἀρχίδαμον, τὸν βασιλέα ἑαυτῶν, ἐζημίωσαν χρήμασιν, ὅτι μικρὰν τὸ μέγεθος γυναῖκα γάμῳ λαβεῖν ὑπέμεινεν, ὑπειπόντες, ὡς οὐ βασιλέας, ἀλλὰ βασιλίσκους παρασχεῖν αὐτοῖς διανοοῖτο. Admodum hic variant libri in voce βασιλίσκους, exhibentes βασιλείδια, βασιλείδας, βασιλιδεῖς. Wyttenbachius, „*forte*, ait, βασιλιδεῖς, *licet a nullo codice confirmatum, verum eſt.*“ Βασιλίσκους tamen hos Archidami regulos futuros vocat Athen. XIII. p. 566. A. βασιλείδια Theophraſtus T. I. p. 597. A. Οὐ γὰρ βασιλεῖς ἄμμιν, ἀλλὰ βασιλείδια γεννάσει.

Vers. 2. θάλπειν παῖδας ὑπὸ πτέρυγι alii dicunt σώζειν. Antiphanes Excerpt. Grot. p. 625.

Ἐστὶ φύσις θήλεια βρέφη σώζουσ' ὑπὸ κόλποις
Αὐτῆς.

Euripides Hercul. Fur. 71.

Οἵ θ' Ἡράκλειοι παῖδες, οὓς ὑπὸ πτεροῖς
Σώζω νεοσσοὺς, ὄρνις ὡς ὑφειμένη.

Aeſchylus contra eodem ſenſu dixerat ἐπώζειν, quod proprie eſt *ovis incubare.* Heſychius. Ἐπώζειν, ἐπικαθῆσθαι τοῖς ᾠοῖς. Αἰσχύλος Νιόβῃ μεταφορικῶς. ἐφημένη τάφῳ, Τέκνοις ἔπωζε

τοῖς τεθνηκόσιν. Sed nutrix eosdem infantes θάλπει καὶ ψύχει, in fragmento Sophoclis apud Plutarchum Sympos. VI. 6. ὥσπερ ἡ τραγικὴ τροφὸς ἐκείνη τὰ τῆς Νιοβῆς τέκνα τιθηνεῖται, (Fragm. Soph. p. 658.)

Λεπτοσπαθήτων χλανιδίων ἐρειπίοις
Θάλπουσα καὶ ψύχουσα, καὶ πόνῳ πόνον
Ἐκ νυκτὸς ἀλλάσσουσα τὸν καθ' ἡμέραν.

Vers 5. ἦλθε δαΐζων. Recte Brunckius reposuit δαΐξων. Valckenar. ad Adoniaz. p. 303. „verbis motum significantibus sic, ut notum est, participiorum accedunt futura:" quemadmodum iisdem, in futuro positis, accedunt participiorum praesentia, ut apud Eurip. Phoenill. 259.

Σχῆμα Φοινίου μάχης,
Ἂν Ἄρης τάχ' εἴσεται
Παισὶν Οἰδίπου Φέρων
Πημονὰν Ἐριννύων.

Alii legebant οἴσεται. Schol. ἣν μάχην Φέρων τοῖς παισὶν Οἰδίπου ταχέως πορευθήσεται, quod neutri lectioni accommodari posse adfirmat Valckenarius, ratus, auctorem hujus adnotationis in suo Codice scriptum forte reperisse, ἂν Ἄρης τάχ' ἵξεται — Φέρων. At εἴσεται h. l. non est *cognoscet*, quod putabat vir praeclarus, sed futurum verbi εἶμι, *ibit*, adeoque idem quod ἵξεται, aut πορευθήσεται. Homer. Odyss. O. 213.

Ἀλλ' αὐτὸν καλέων δεῦρ' εἴσεται.

Ita etiam Latini, ut Propert. I. El. VI. 33.

Seu pedibus terras, ſeu pontum carpere remis
Ibis, *et accepti pars eris imperii.*

Reſtituenda igitur Euripidi ſua lectio εἴσεται Φέρων, eo quidem, quem diximus, ſenſu. Alterius conſtructionis exemplum hoc eſt Med. 1384.

Αὐτὴ δὲ γαῖαν εἶμι τὴν Ἐρεχθέως
Αἰγεῖ συνοικήσασα τῷ Πανδίονος.

Longe diverſa eſt ratio eorum locorum, quibus *cognoſcendi* ſignificatum habet εἴσομαι, ut Ariſtoph. Nub. 1142. et Aeſchyl. Choeph. 303. Quibus adde Euripid. Iphig. in Aul. 979.

Τάχ' εἴσεται αἰδήρος, ὃν, πρὶν εἰς Φρύγας
Ἐλθεῖν, Φόνου κηλῖσιν αἵματι χρανῶ,
Εἴ τις με τὴν σὴν θυγατέρ' ἐξαιρήσεται.

Conf. Plauti Miles Glor. Act. I. init.

Nam ego hanc machaeram mihi conſolari volo,
Ne lamentetur, neve animum deſpondeat,
Quia ſe jampridem feriatam geſtitem,
Quae miſera geſtit fractum facere ex hoſtibus.

Digitized by Google

Antipatri Sidonii.

Ἐκ ποτέ τις Φρικτοῖο θεῆς σεσοβημένος οἴστρῳ,
Ῥομβητοὺς δονέων λυσσομανεῖς πλοκάμους,
Θηλυχίτων, ἀσκητὸς ἐϋσπείροισι κορύμβοις,
Ἀβρῷ τε στρεπτῶν ἄμματι κεκρυφάλων,
Ἴδρις ἀνὴρ κοιλῶπιν ὀρειάδα δύσατο πέτρην.

Anthолog. Planud. VI. Tit. XI. ep. 1. Anal. T. II. p. 13. Vers. 2. pro ῥομβητοὺς eſt, qui legere malit ῥομβωδὴς, quod vereor, ne ſit ridiculum. Πλόκαμοι ῥομβητοὶ ſunt crines, ſumma vi jactati, rotati. Εὐστροφάλιγγα κόμαν vocat Antipater v. 18. Catull. Atys v. 23.

Ubi capita *Maenades* vi jaciunt *hederigerae.*

Juvenal. Satyr. VI. 313.

Nota Bonae ſecreta Deae, quum tibia lumbos
Incitat, et cornu pariter, vinoque feruntur
Attonitae, crinemque rotant, *ululantque Priapi*
Maenades.

Ῥόμβος etiam univerſe de motu et rotatione dicitur, ut apud Pindar. Olymp. XIII. 133. ἐμὲ δ' εὐθὺν ἀκόντων ἱέντα ῥόμβον. Quod vitioſe exaratum in antiquioribus Heſychii Edd. legitur: Αἰθέρος τύμβος. οὐρανός· mutatum volebat Toup. Emend. in Heſych. T. IV. p. 341. in αἰθέρος

δόμος. Male! Pertinet gloſſa ad Euripidis fragmentum, ſervatum a Clem. Alexandr. Strom. V. p. 717.

Σὲ τὸν αὐτοφυῆ, τὸν ἐν αἰθερίῳ
Ῥύμβῳ πάντων φύσιν ἐμπλέξαντ',
Ὃν περὶ μὲν φῶς, περὶ δ' ὀρφναία
Νὺξ αἰολόχρως, ἄκριτός τ' ἄστρων
Ὄχλος ἐνδελεχῶς ἀμφιχορεύει.

Valckenar. Diatrib. p. 39. Huc referri poteſt locus Ariſtophanis in Nub. v. 379. οὐχ ὁ Ζεὺς; — Ἥκιστ', ἀλλ' αἰθέριος δῖνος. Gyrum illum aërium fortaſſe etiam ſpectabat Euripides in fragmento, quod commemorat Probus ad Virgil. Ecl. VI. 31.

Namque canebat, uti magnum per inane *coacta*
Semina terrarumque animaeque marisque fuiſſent.

Ubi Probus: accipere debemus *Aera*, quem Euripides in Cadmo χάος adpellavit, ſic: Οὐρανὸς ὑπὲρ ἡμᾶς καινῶς ῥοιτῶν ἕδος δαιμόνιον, τὸ δ' ἐν μέσῳ τοῦ οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς, οἱ μὲν ὀνομάζουσι χάος. Qui locus aliter a Scaligero Conj. in Varron. p. 81. aliter a Valckenario tentatus eſt in Diatr. p. 12. Doctiſſimus Joannes Luzac Exercit. Acad. p. 93. corrigit, δίναισι ῥοιτῶν. Idem „ſpatium illud, quod medium eſt inter coelum et terram, ab Euripide unquam dictum fuiſſe χάος, ne centum quidem Varronibus, nedum Probis aut Fulgen-

Digitized by Google

tiis, aliisve ejus gregis hominibus credens, *ridiculum* illud *Tartareumque Chaos*, una aſpera alterius loco poſita, in *lumen* i. e. in *aethera* convertit" ratus, pro χάος reponendum eſſe φάος. Equidem vulgatam lectionem haud facile damnaverim. Ariſtophanes, perpetuus Tragicorum philoſophorumque irriſor, in Avibus v. 191.

Ἦν μὴ φόρον φέρωσιν ὑμῖν οἱ θεοὶ
Διὰ τῆς πόλεως τῆς ἀλλοτρίας καὶ τοῦ χάους
Τῶν μηρίων τὴν κνίσαν οὐ διαφρήσετε.

Schol. χάους. ἀντὶ τοῦ ἀέρος. Suidas in v. χάος, καὶ ὁ ἀὴρ παρ' Ἀριστοφάνει ἐν Ὄρνισι. — καὶ Ἴβυκος· ποτᾶται δ' ἐν ἀλλοτρίῳ χάει. Etymologium MS. in Bibliotheca Regia Acad. Georgiae Aug. in v. Χάος, παρὰ τὸ χεῖσθαι, ὁ κενὸς τόπος μεταξὺ γῆς καὶ οὐρανοῦ. Χάος παρὰ τὸ χῶ χαίω, ὡς δαίω τὸ καίω, (ἰ. ὡς παρὰ δαίω τὸ καίω) δάος ἡ λαμπάς. Δηλοῖ δὲ τὸ χάος τὸ μέγα καὶ ἀπέραντον χώρημα. *magnum inane.* Sed de ῥόμβῳ ſcribere inſtitueram, cujus frequens mentio ſit in ſacris matris Deorum, Cybeles. Athenaeus Lib. XIV. p. 636. laudat Diogenis Tragici fragmentum:

Καί τοι κλύωμεν Ἀσιάδος μιτρηφόρους
Κυβέλας γυναῖκας παῖδας ὀλβίων Φρυγῶν,
Τυμπάνοισι καὶ βόμβοισι καὶ χαλκοκτύποις
Βόμβοις βρεμούσας ἀντίχερσι κυμβάλων,
Σοφὴν θεῶν ὑμνῳδὸν ἰατρόν θ' ἅμα.

Digitized by Google

Locus non integer est. Casaubonus versum 4. ita legit:

Βρόμοις βρεμούσας ἀντίχερσι κυμβάλων.

Jo. Pierſonus Veriſimil. Lib. II. p. 204. corrigit:

Τυμπάνοισι καὶ ῥόμβοισι καὶ χαλκοκτύποις

Βόμβοις βρεμούσας ἀντίχερσι κυμβάλων.

Sed vera lectio, niſi omnia me fallunt, haec eſt:

Τυμπάνοισι καὶ βόμβοισι καὶ χαλκοκτύποις

Ῥόμβοις βρεμούσας ἀντίχερσι κυμβάλων.

Nihil frequentius eſt iſto loquendi uſu, quo verba *ſonum* ac *ſtrepitum* exprimentia, in Cybeles praeſertim ſacris, poni ſolent pro inſtrumentis ipſis. Philodemus ep. XXXI. Anal. T. II. p. 370.

Ἐνθάδε τῆς Τρυφέρας μαλακὸν ῥέθος, ἐνθάδε κεῖται

Τρυγόνιον, σαβακῶν ἄνθεμα σαλμακίδων.

Ἡ καλύβη καὶ δοῦπος ἐνέπρεπεν.

Ubi male Toupius Emend. in Suid. p. 406. ed. Lipſ. ſubſtituit κῶμος. Vide Brunck. Lect. T. III. p. 144. Heſychius: Βερεκύντα βρόμον, Φρύγιον αὐλόν. Σοφοκλῆς Ποιμέσιν. Evanthe in epigrammate Phalaeci Anal. T. I. p. 421. Baccho dedicat:

Στρεπτὸν Βασσαρικοῦ ῥόμβον θιάσοιο μύωπα,

Καὶ σκύλος ἀμφιδόρου στικτὸν ἀχαιΐνεω,

Καὶ Κορυβαντείων ἰαχήματα χάλκεα ῥόπτρων,

Καὶ θύρσου χλοερὸν κωνοφόρου κάμακα,
Καὶ κύφοιο βαρὺν τυπάνου βρόμον.

Varro apud Nonium in v. *tonimus* et *tibinos*:

Sonitus *matris deûm* tonimus
Tibinos tibi nunc ſemiviri.

Vide Voſſium ad Catull. p. 227. Burmann. ad Anthol. Latin. T. I. p. 30. Βόμβοι igitur in fragmento Diogenis Tragici accipiendi ſunt de cornu, ſive tibia Phrygia. Cymbalis, quorum erat tinnitus tenuis, hoc verbum minus conveniret. De his apte ad rem. Ovid. Faſt. IV. v. 185. *Aeraque* tinnitus *aere repulſa dabunt.* Ῥόμβοι κυμβάλων ſunt *cymbala circum concava* Lucretii Lib. II. v. 618.

Tympana tenta tonant palmis, et cymbala circum
Concava, *rauciſonoque minantur cornua cantu,*
Et Phrygio ſtimulat numero cava tibia mentes.

Aes teres vocat Catull. Epithal. P. et Th. v. 262. qui locus huic ſimillimus eſt:

Plangebant alii proceris tympana palmis
Aut tereti tenues tinnitus *aere ciebant.*
Multis rauciſonos efflabant cornua bombos
Barbaraque horribili ſtridebat tibia cantu.

Denique ut omnis dubitatio tollatur de ῥόμβοις κυμβάλων, Diogeni redditis, teſtimonium dicat Pindarus Fragment. p. 51. ed. Schneid.

Σοὶ μὲν κατάρχει, μᾶτερ, πάρα
Μεγάλοι ῥόμβοι κυμβάλων

Ἐν δὲ καχλάδων κρόταλα
Αἰθομένα δὲ δαΐς ὑπὸ ξανθαῖσι πεύκαις.

In quo loco corrigendo nemo accuratius versatus esse videtur Is. Casaubono. Reiskius in Notis ad Anthol. Cephal. p. 37. malit: Σοὶ μὲν καταχεῖ, μᾶτερ, πάρα. Cui adstipulatus Hermannus, vir eruditissimus, in Comment. de metris Pindari emendat:

Σοὶ μὲν καταχεῖ,
Μᾶτερ, πάρα μεγάλοι ῥόμβοι
Κυμβάλων, ἐν δὲ κεχλάδοντα κρόταλα
Αἰθομένα δὲ δαΐς ὑπὸ ξανθαῖσι πεύκαις.

Audácior Reiskio, caeterisque viris doctis in emendando hoc Lyrici fragmento Jacobsius V. Cl. Animadv. in Epigram. Vol. I. P. II. p. 248. legit:

Σοὶ μὲν πατάγημα, μᾶτερ, πάρα
Μεγαλοβάμβων κυμβάλων
Ἐν δὲ καὶ χαλκόδετα κρόταλα
Αἰθομένα τε δαΐς ἀπὸ ξανθᾶς πεύκας.

De reliquis, ut de metro, nihil definio. Sed quin pro κατάρχει recte καταρχαὶ, *initia*, reposuerit Casaubonus, dubium videri vix poterit comparanti locum Catulli de Aty v. 6.

Itaque ut relicta sensit sibi membra sine viro,
Et jam recente terrae sola sanguine maculans,
Niveis citata cepit manibus leve tympanum

Tympanum, tubam, Cybelle, tua, mater, initia.

Quem ultimum versum nemo facile cum doctissimo Doeringio interpolatum dixerit, quum probabile sit, Catullum ob oculos habuisse Pindari locum.

Ipsi Cybeles sacerdotes, aut famuli, multis variisque nominibus a poetis designantur. In his nullibi occurret ἴδρις ἀνὴρ, *vir solers* (ap. Homer. Odyss. Z, 232.) quae carminis macula levissima, per omnes Anthologiae graecae editiones propagata, in errorem etiam induxit acutissimum Brunckium. Corrigendum est, ἴθρις ἀνήρ. Haec nostra emendatio dudum corroborata est consensu virorum doctissimorum, Jacobsii et Schneideri. In Lexicis vulgo desideratur ἴθρις, quem, praeter Hesychium, agnoscit Suidas in v. Ἄῤῥεν. — Καὶ ἡμιάνδρος, καὶ ἡμιγύναιξ, καὶ διγενὴς, καὶ θηλυδρίας, καὶ ἑρμαφρόδιτος, καὶ ἴθρις, οὐ ἰσχὺς τεθέρισται. καὶ ἀῤῥενωπὸς, ὁ ἀνδρόγυνος, καὶ ὁ ἀνδρεῖος. ὁ στεῤῥός. λέγουσι δ' οὕτω κ. τ. λ. Adde nomen minus notum, Κύβηβος, e Photii Lexico, apud Ruhnkenium ad Timaeum p. 11. Eundem hominem ἡμιγύναικα θεῆς λάτριν vocat Simonides ep. CXII. Anal. T. I. p. 147. Catullus At. v. 27.

Simul haec comitibus Atys *cecinit* notha mulier. Vers. 69. ego *vir sterilis* ero? Grotius verba ἴδρις ἀνὴρ non expressit:

Turrigerae quidam Dominae correptus ab oeſtro
Colla rotans fuſas per furiata comas,
Femineo cultu, cujus velamina circum
Serpentes hederae, vittaque mollis erat.
Forte cavo duri montis ſucceſſerat antro.

Digitized by Google

CAPUT V.

Epigrammata diverſorum auctorum. Ἁλιφθόρος idem eſt, atque κυματοφθόρος apud Euripidem. Fragmentum Sophoclis, ex Etymologico Ms. deſcriptum. Duo Antiphili epigrammata perquam obſcura explanantur. Λείην ἡσυχίην, quo ſenſu dixerit Archias. I. Dioclis Caryſtii duo epigrammata. Αἶσης et ξόης de ſepulcro. Propertii locus comparatus cum epigrammate Glauci. Domus exilis Plutonia apud Horatium ſepulcrum ſignificat. — Εὖχος res vota, donarium Diis dedicatum. Dii, quibus vota faciunt homines, εὐκταῖοι dicuntur. Epigramma Dioclis redintegratur ope Suidae. — Zoſimi Thaſii carmen compoſitum cum loco difficillimo Sophoclis. Φονία νεφέλα, peſtis textilis, h. e. tunica Herculi induta a Dejanira. — Auſonius quomodo verterit epigramma Incerti! Actor lapidis dicitur is, qui projicit lapidem. Niciae carmen, ab H. Grotio latine converſum.

Leonidae Tarentini.

Λιὶ λῃϊσταὶ καὶ ἁλιφθόροι, οὐδὲ δίκαιοι
Κρῆτες· τίς Κρητῶν οἶδε δικαιοσύνην;
Ὡς καὶ ἐμὲ πλώοντα σὺν οὐκ εὐπίονι φόρτῳ
Κρηταίης ὦσαν Τιμόλυτον κατ' ἀλός,
Δείλαιον. κἠγὼ μὲν ἁλιζώοις λαρίδεσσι
Κέκλαυμαι, τύμβῳ δ' οὐχ ὑπὸ Τιμόλυτος.

Anal. T. I. p. 242. Ἁλιφθόροι ſunt piratae, praedones marini, κυματοφθόροι, de qua

voce postea videbimus. Ἀλιφθορίη legitur in epigrammate I. Theonis Anal. T. II. p. 405. Ἄγριον οὐδ' ὅτε πόντος ἐπὶ κλόνον ἤλασε φωτὶ, Καὶ πικρὴ ναυτέων ἔπλεθ' ἁλιφθορίη. Verbum ἁλιφθερῶσαι Hesychius interpretatur, ἀφανίσαι, ἀπολέσαι, respiciens fortasse ad locum Sophronis, Etym. M. in v. Ὑγιής. — ὃν τρόπον κἀκεῖ ἐσολοίκισε (Σώφρων,) τατώμενα τοῦ κιτῶνος, ἀντὶ τοῦ, ἐνέχυρα θεὶς. — ὁ τόκος νιν ἀλφθερώκει. Hic Sylburgius p. 46. „ἀλφθερώκει, ait, quid velit, nescio; nec ἠλευθερώκει multo fortasse melius huc quadrat." Lege cum Koenio ad Gregorium de Dial. p. 158. ἁλιφθερώκει, *pessumdederat*, quod probat etiam Valckenarius Adnot. in Adoniaz. Theocriti p. 201. Idem autem ἁλιφθόρος atque κυματοφθόρος, qua rara voce usus est Euripides in Polyïdo apud Valckenarium Diatr. p. 201.

Ἔα, ἔα.

Ὁρῶ γ' ἐν ἀκταῖς νομάδα, κυματοφθόρον
Ἁλιαίετον· τὸν παῖδα χερσεύει μόρος.
Εἰ μὲν γὰρ ἐκ γῆς εἰς θάλασσαν ἵπτατο
Ὁ κύματ' οἰκῶν ὄρνις, ἡρμήνευσεν ἂν
Τὸν παῖδ' ἐν ὑγροῖς κύμασιν τεθνηκέναι.
Νῦν δ', ἐκλιπὼν ἤθη τε καὶ νόμον βίου,
Δεῦρ' ἔπτατ'. οὔκουν ἔσθ' ὁ παῖς ἐν οἴδμασιν.

Protulit elegans hoc fragmentum Valckenarius ex Scholiis ineditis in Hermogenem. Ibi-

dem p. 200. dedit locum, ex Etymologico Regio Paris. a Ruhnkenio descriptum, qui non sine insigni lectionis varietate legitur in Etymologico MS. Bibliothecae Gottingensis, caeteroquin satis conveniente cum Excerptis Ruhnkenianis: Πολύϊδος, οὕτω καὶ Ἀπολλώνιος· καί ἐστι, φασὶ, πολυϊδμων μάντις ὤν· οὕτω καὶ τὸ δρᾶμα ἐπιγράφεται παρὰ Ἀριστοφάνει· μαρτυρεῖ δὲ καὶ Φιλόξενος, καὶ Σοφοκλῆς, δῶ μάντεσι συνεστίων, ὃ ῥα πρόχειρον· καὶ Πολυϊδου τοῦ μάντεως· καὶ πάλιν οὐκ ἔστιν εἰ μὴ Πολυϊδην τῷ τυράννῳ. Quid in his lateat, alii viderint. Ad rem meam nunc pertinet lectio κυματοφθόρον, cui substituebat Ruhnkenius κυματότροφον, consentiente Valckenario, qui, hoc, inquit, legitimum atque Euripidi restituendum censeo; „*mari nutritum Haliaeeton* sic dixerit Poeta; ut *a feris nutritum* θηρότροφον· Cithaerona montem χιονότροφον dixit *nivibus nutritum*. Praeter alia sic ὀρεσίτροφος et οἰκότροφος adhibentur." Difficile est, in ejusmodi re a talium virorum judicio discedere. Enimvero quidni Euripides aquilam marinam dicere potuerit κυματοφθόρον, tanquam piratam, qui cum pernicie aliorum victum sibi e mari comparet? Verissima haec mihi lectio videtur, quam plane confirmant Leonidae ἁλιφθόροι. — Obscure dictum v. 3.

τὸν παῖδα χερσεύει μόρος, i. e. puerum in ſicco mors deſtituit, ut loquitur Livius I. 4. *Tenet fama, quum fluitantem alveum, quo expoſiti erant pueri, tenuis in ſicco aqua deſtituiſſet, lupam ſitientem — ad puerilem vagitum curſum flexiſſe.* Ovid. Faſt. III. 51.

Annе jubet mergi geminos. ſcelus unda refugit.
In ſicca *pueri deſtituuntur* humo.

Infolita loquendi forma, τὸν παῖδα χερσεύει μόρος, non dedecebat Euripidem, in auguris praeſertim oratione, cui haec accommodaſſe videtur. Magis adhuc obſcure tale augurium expoſuit auctor epigrammatis, quod, ad fidem Apographi Buheriani, cum omnibus vitiis edidit Brunckius in Lect. p. 173. Ejus ſenſum aliqua ſaltem ex parte faciliorem reddere conabor. Eſt autem Antiphili epigramma:

Κυκλάδων δύστηνον ἐρώδιον ἔχθρα κολάζει
Τεῦ χάριν ὁ προδότης ὄρνις ἀεὶ λέγεται.
Φοῖβος ἐρεῖτ' ἐνάγειτον ὅτ' εἰς ἄλλα κᾶλαν ἔλαφρον
Τήσας ψαμμείτην δόρπον ἐθημολόγει
Δυσμενέες τοτ' ἔβησαν ἐπὶ πτόλιν ἀντιπέρηθεν
Ὀψὲ διδασκόμενοι πυξοβατεῖν πέλαγος.
Βάλλετε δὴ κακὸν ὄρνιν ἐπεὶ βαρὺν ἤρατο μισθὸν
Ἐκδηιῶν κόλλους καὶ βρύων ὁ προδότης.

Poſt Jenſium Reiskius etiam edidit hoc carmen Anthol. Cephal. p. 142. conjecturis ſuis

interpolatum, de quo omnino ita ſcribit in Notis p. 226. „Carmen 719. eſſet lepidum carmen, ſi eſſet integrum. Sed verſu tertio eſt lacuna poſt ἐρεῖ, nullo modo, absque bonis libris explenda, praeſertim quum nullibi fabellae, quae hic exponitur, veſtigium occurrat.“ Obſcuros verſus obſcuriores etiam reddidit Reiskius verſione et emendationibus, a vero plane aberrantibus. Primum in errorem cum aliis inductus eſt voce Κολχάδων, quae varie in Apographis ſcribitur, aliis κυκλάδων, aliis κολχάδων, aliis denique κοχλάδων exhibentibus. In hoc verbo Brunckius Lect. p. 173. latere putabat gentile nomen urbis cujusdam ab hoſtibus captae, quibus vadum in ſtagno indicaſſent ardeae media in illuvie ſtantes. Reiskius hinc fecit:

Κολχὸς τὸν δύστηνον ἐρωδιὸν ἔχθρα κολάζει.

Τοῦ χάριν ὁ προδότης ὄρνις ἀεὶ λέγεται;

Vir Colchus infelicem in erodium ad inimici inſtar ſaevit. quare tandem proditor avis ſemper dicitur? Sed propius a vero abeſt lectio κοχλάδων, quae mutanda eſt in κοχλίδων, ſive, quod in Apographo Voſſiano legitur,

Κοχλιδίων δύστηνον ἐρωδιὸν ἔχθρα κολάζει.

Quae ſit iſta κοχλιδίων ἔχθρα, diſcimus ex Aeliano N. Anim. L. X. c. 5. Οἱ κοχλίαι ἴσασιν εἶναι σφίσι πολεμίους τοὺς πέρδικας καὶ τοὺς ἐρω-

οἵους, καὶ αὐτοὺς ἀποδιδράσκουσιν. οὐδ' ἂν ἴδοις, ἔνθα οὗτοι νέμονται, καὶ κοχλίας διέρποντας. Deinde lacunam illam v. 3. feliciter explevit Ruhnkenius Ep. Crit. I. p. 121. legens:

Φοῖβος ἐρεῖ· τενάγῑτιν ὅτ' εἰς ἅλα κῶλον ἐλαφρὸν
Στήσας, ψαμμίτην δόρπον ἐθημολόγει.

Vs. 6. πεζοβατεῖν recte edidit Reiske, *pedibus transfire mare.* Idem v. 8. correxit:

Ἐκδηῶν Κόλχους καὶ Βρίον ὁ προδότης,

et vertit: „*ferite igitur malam avim, quae gravem rependit incolatus mercedem*, valiandis Colchis et Brio, avim proditorem." Nunquam fortasse magis a scopo aberravit Reiskius, quam in tractando hoc loco. Vera haud dubie est lectio Apographi Buheriani, ἐκ δηΐων, *ab hostibus*, et Vossiani, quod suppeditat κόχλους, καὶ βρύον, adeoque legendum:

Βάλλετε δὴ κακὸν ὄρνιν, ἐπεὶ βαρὺν ἤρατο μισθὸν
Ἐκ δηΐων, κόχλους καὶ βρύον, ὁ προδότης.

Ardea, tanquam mercedem proditionis, ab hostibus acceperat cochleas et algam. Ita aliqua saltem lux accenditur carmini perplexo et misere lacerato. Agit auctor de urbe quadam, mari adjacente, quam hostes, recedente aestu, vi adorti erant, postcaquam ardeae, conchulas quaerentes, ipsis indicassent, undam nunc esse vadosam, et transitum sinus meabi-

Digitized by Google

lem. Hunc ſenſum eſſe epigrammatis, viderat etiam Brunckius. Similis extat narratio apud Suidam, decerpta e Polybio in v. Τενάγη. διάβροχοι, κάθυγροι τόποι. πηλώδη πελάγη. ἢ ἰλὺς ἐπιπολάζοντος ὕδατος οὐ πολλοῦ, καὶ βοτάνης ἐπιφαινομένης τῷ ὕδατι. Πολύβιος. Κατὰ τὴν εἰς θάλατταν ἐκβολὴν τοῦ Βουκάρα ποταμοῦ, συνθεωρήσας κατά τινας ἀνέμων στάσεις ἀποθινούμενον τὸ στόμα καὶ τεναγώδη γινομένην τὴν παρὰ τὸ στόμα πάροδον, τηρήσας τὸ προειρημένον σύμπτωμα, διεβίβασε τὴν στρατιάν. τὰ δὲ δὴ πλείω τῶν πλοίων μετέωρα διὰ τὰ τενάγη ἀπεσάλευε.

Alterum etiam Antiphili epigramma, quod, quoniam de eo reſtituendo deſperabat Brunckius, ſervata Apographi Buheriani ſcriptura, in Lectiones rejecit p. 172. ita, uti legendum videtur, nunc adſcribam:

Κήν πρύμνῃ λαχέτω με ποτὲ στιβὰς, αἵ θ' ὑπὲρ αὐτῆς
Ἠχεῦσαι ψακάδων τύμματι διφθερίδες,
Καὶ πῦρ ἐκ μυλάκων βεβιημένον, ἥ τ' ἐπὶ τούτῳ
Χύτρη, καὶ κενεὸς πομφολύγων θόρυβος,
Καί κε ῥυπῶντ' εἴδοιμι διήκονον, ἠδὲ τράπεζα
Ἔστω μοι πρώτη νηὸς ὕπερθε σανίς.
Δὸς, λάβε, καὶ ψιθύρισμα τὸ ναυτικόν. Εἶχε τύχη τις
Πρώην τοιαύτη τὸν φιλόκοινον ἔμε.

In his nemo offendet. V. 2. pro τύμματα Reiskius recepit τύμματι. Lectio ῥυπῶντ' v. 5. in variis Apographis notatur. Vulgo, καὶ κερ'

Digitized by Google

ὕπτοντα, et mox ἤδη τράπεζαν, unde Bruńckius reſtituit, ἠδὲ τράπεζα. Idem verſu ſequente tentat, ἔστω μοι πηκτή. Propert. II. El. XXVI. 29.

Seu mare per longum mea cogitet ire puella,
Hanc ſequar, et fidos una aget aura duos.
Unum litus erit ſopitis, unaque tecto
Arbor, et ex una ſaepe bibemus aqua.
Et tabula una *duos poterit componere* amantes,
Prora cubile mihi, ſeu mihi puppis erit.

Credibile eſt, Planudem magnam horum carminum partem omiſiſſe propterea, quod de corrigendis, quibus inquinata eſſent, mendis deſperaret. In reliquis quam temere ſaepenumero verſatus ſit, inter omnes conſtat. Quae quidem temeritas quum paſſim a Criticis noſtris ſit exagitata, juvat hoc loco proponere exemplum, quo raram judicii ἀκρίβειαν prodidiſſe nobis videtur.

Archiae.

Οὐδὲ νέκυς, ναυηγὸς ἐπὶ χθόνα Θῆρις ἐλασθεὶς
Κύμασιν, ἀγρύπνων λήσομαι ἠϊόνων.
Ἦ γὰρ ἀλιῤῥήκτοις ὑπὸ δειράσιν, ἀγχόθι πόντου
Δυσμενέος, ξείνων χερσὶν ἔκρυσα τάφου.

Digitized by Google

Αἰεὶ δὲ βρομέοντα, καὶ ἐν νεκύεσσι, θαλάσσης
Οὐ τλήμων ἀΐω δοῦπον ἀπεχθόμενον.
Μόχθων δ' οὐδ' Ἀΐδης με κατεύνασεν, ἠνίκα μοῦνος
Οὐδὲ θανὼν λείῃ κέκλιμαι ἡσυχίῃ.

Anal. T. II. p. 101. Multa in hoc epigrammate novavit Planudes, III. Tit. XXII. ep. 72. manum tamen abſtinens a verſu 8. ubi Codicis lectionem λείῃ recepit, ſpreto, quod ſupra notatum eſt, τελέῃ. Hoc praefert Brunckius Lect. p. 148. „λείῃ ſic etiam in Vat. codice ſcriptum: at ſupra correctum τελέῃ, quod melius mihi videtur, immo unice verum. Quid enim eſt λείῃ ἡσυχίῃ?“ Philippus ep. LXXXII. 3. Anal. T. II. p. 235. mortuum, cujus oſſa, in litore ſepulta, mare turbaverat, ναυηγὸν ἐν Ἀΐδῃ dixit:

Κεἰν' Ἀΐδῃ ναυηγὸς ἐγὼ μόνος, οὐδ' ἐπὶ χέρσου
Εἰρήνην ἔξω φρικαλέης σπίλάδος.

Eodem jure Archias quietem, a fluctibus turbatam, dicere potuit ἡσυχίην οὐ λείην, metaphora ſumta a mari pacato, quod λεῖον poetae vocant. Haec eſt veriſſima, et epigrammati, de quo agimus, inprimis accommodata lectio. Ποταμοὺς λείους e Pindaro commemorat Plutarchus de dicto Λάθε βιώσας p. 1130. καὶ ταῖσιν ἀκάρπων μὲν ἀνθηρῶν καὶ σκυθίων δένδρων ἄνθεσι τεθηλὸς ἀναπέπταται πεδίον, καὶ ποταμοὶ τι-

Digitized by Google

νες ἄκλαυστοι καὶ ἄθρηνοι διαβήσουσιν. Aeſch. Dial. III. 137. Ἔνθα ἄπονα πάντα καὶ ἀστένακτα καὶ ἀγήρατα. γαληνὸς δέ τις καὶ κακῶν ἄγονος βίος ἀσαλεύτῳ ἡσυχίᾳ ἐμδιαζόμενος. Senſus eſt: *ne mortuus quidem in* ſepulcro *repoſitus ſum quieto.* Ἡσυχία enim, ut *quies* Latinorum, de ipſo quietis loco, ſeu cubili, hic dicitur. Lucretius I. 405.

Namque canes ut montivagae perſaepe ferae
Naribus inveniunt intectas fronde quietes,
Cum ſemel inſtiterunt veſtigia certa viai.

Erat igitur Theris iſte ναυηγὸς ἐν Ἅιδῃ, de cujus dictionis vi accuratius exponendi anſam praebet epigramma

Julii Dioclis Caryſtii.

Μή με κόνι κρύψητε· τί γὰρ πάλι; μηδ' ἐπὶ ταύτῃ
Πιόνος οὐ γνωτὴν γαῖαν ἐμοὶ τίθετε.
Μαίνεται εἰς με θάλασσα, καὶ ἐν χέρσοισί με δειλὸν
Εὑρίσκει ῥαχίαις, οἰδέ με κεῖν Ἀΐδῃ.
Χέρσῳ δ' ἐπεκβαίνει ἐμεῦ χάριν ὕδατι θυμὸς
Πάρκειμαι σταθερῇ μιμνέμεν ὡς ἄταφος.

Reiske Anthol. Ceph. p. 88. Anal. T. II. p. 183. Codicis lectio v. 2. haec eſt: ἠόνος

οὐκ ἀνατὰν sive ὄνοτὴν γαῖαν ἐμοὶ τίσετε. Brunckius e conjectura edidit, οὐ γνωτὴν, quod huic loco non satis convenire apparet, quamvis notio ista sit pervulgata. Virgil. Aen. V. 870.

O nimium coelo et pelago confise sereno,
Nudus in ignota, *Palinure*, jacebis arena.

Sed videamus primum de disticho secundo, quod rectius, mea quidem sententia, in codice, quam in Analectis scribitur, modo εὑρίσκει mutes in εὑρίσκειν.

Μαίνεται εἰς με θάλασσα, καὶ ἐν χέρσοισί με δειλὸν
Εὑρίσκειν ῥαχίαις οἵδε, καὶ εἰν Ἀΐδῃ.

Callimachus apud Scholiasten Sophoclis Oed. Colon. 249.

Οὔνεκεν οἰκτείρειν οἵδε μόνη πολίων.

Lucillius ep. CXIX. Anal. T. II. p. 342. de vento:

Ἢ δρύας, ἢ πλατάνους οἵδε χαμαὶ κατάγειν.

Ita Latini passim. Propertius II. El. XV. 30.

Verus amor nullum novit habere *modum.*

Jam altera sententia, ἐν χέρσοισι ῥαχίαις, respondet verbis, μή με κόνι κρύψητε, altera, ἐν Ἀΐδῃ, referenda est ad versum 2. οὐ γνωτὴν γαῖαν ἐμοὶ τίθετε. Quod dubium videri non poterit, reputanti, vocem Ἀΐδης h. l. rariore usu positam esse pro *tumulo*. Hinc explicatio, fortasse etiam medela carminis, misere a librariis

Digitized by Google

corrupti, pendet. De qua re non cogitavit Reiskius, vertens, *saevit in me mare, et vel in ipsis desertis litoribus invenire me Orci civem novit.*

Notiones sepulcri et regni Plutonii jam antiquiori aetate a Lyricis, deinde etiam a Tragicis communicatas inter se et permutatas esse reperimus. Pindarus Nem. X. 129. de Cippo:

Ἔνθεν ἁρπάξαντες ἔβαλλ'
μ' Ἀΐδα, ξεστὸν πίερον
Ἔμβαλον στέρνῳ, πολυδεύκεος

Vide Heynium ad Pyth. V. 130. Addit. p. 79. Mare ab Aeschylo vocatur ἅδης πόντιος Agam. 660.

Ἔπειτα δ' ἅδην πόντιον πεφευγότες.

Quod *sepulcrum maris* vertit Propertius IV. El. I. 88.

Dicam, Troja cades, et Troia Roma resurges,
Et maris *et terrae* longa sepulcra *canam.*

Sed Burmannus, dictionem vere graecam, *maris sepulcra*, delens, manifestum illud librariorum commentum, *Et maris et terrae longa pericla*, dignum habuit, quod textui inveheret. Profecto parum perspectum Aurelii ingenium is habeat, qui, utra lectio a tali poeta profecta sit, aliquantulum dubitare possit.

Neque epigrammatum scriptoribus hoc genus dicendi inusitatum est. Glaucus Anal. T. II. p. 548. ep. VI.

Οὐ κόνις, οὐδ' ὀλίγον πέτρας βάρος, ἀλλ' Ἐρασίππου
Ἣν ἰσόρᾳς αὕτη πᾶσα θάλασσα τάφος.
Ὤλετο γὰρ σὺν νηΐ, τὰ δ' ὀστέα πού ποτ' ἐκείνου
Πύθεται, αἰθυίαις γνωστὰ μόναις ἐνέπειν.

Ex uno eodemque fonte hausisse videtur Propertius, cum Glauco ad verbum fere consentiens, III. El. VII. 9.

Et mater non justa piae dare debita terrae,
Nec potes cognatos inter humare rogos.
Sed tua nunc volucres *adstant super* ossa marinae.
Nunc tibi pro tumulo Carpathium omne mare.

Hic iterum Burmannus p. 559. monet, Gulielmum Vlamingium adscripsisse, aves marinas, super ossa Paeti adstantes, esse haliaeetos. Quod etsi ad carminis intelligentiam nihil interest, tamen vel haec animadversio argumento sit, rem non inutilem esse, graecos poetas cum latinis diligenter contendere. Glaucus commemorat mergos, sive fulicas. Alibi commemorantur λάροι, καύηκες, ἀλκυόνες. Vide Dorvill. ad Chariton. p. 251. Aquila marina in fragmento Euripidis, de quo supra diximus. Caeterum in Anthologia graeca Ἀΐδης saepe de sepulcro adhibetur. Philippus ep. XII. Anal. II. p. 215. pontum vocat, ut Aeschylus, Ἀΐδαν·

Ἱστὸς δὲ πᾶς ὤλισθεν εἰς ἅλα πτύσας
Φορτὶς δ' ἐσύρετ' εἰς Ἀΐδαν.

Auctor incertus ep. 735. Anal. T. III. p. 311.

Τὸν πινυτὸν κατὰ πάντα καὶ ἔξοχον ἐν πολιήταις
Ἀνέρα, γηραλέου τέρματ' ἔχοντα βίου.
Ἀΐδεω μυχίοιο μέλας ὑπεδέξατο κόλπος.

Quod defendit Toupius Emend. Vol. III. p. 123. contra lectionem Ἀΐδεω νυχίοιο, quam alii substituerunt. Epigr. DCCVIII. Anal. T. III. p. 304. Ὅς σφισι τώσδε τάφως ἐπεχώσατο, τείχισε δ' ᾅδαν, h. e. *muro sepulcrum cinxit.* Hesychius in v. Ἀΐδας, τύμβος, τάφος. — Idem. Ἀϊδώνια. θανάσιμα, quaecunque ad mortem ac sepulcra spectant, *Plutonia.* Horat. I. Od. IV. 16.

Jam te premet nox, fabulaeque Manes
Et domus exilis Plutonia: *quo simul* mearis —

Hunc locum primus, quod sciam, Graevius Lect. Hesiod. c. IV. intelligi voluit de sepulcro. Quod ferri posse negat Mitscherlichius, doctissimus hujus carminis interpres, propter apposita, *Manes*, domus *Plutonia*, *meare*. Sed Manes primum huic sententiae minime obstant, ut quos apud tumulos, vel in sepulcris versari ubique fabulantur poetae: Tibull. I. El. II. 45.

Haec cantu finditque solum, Manesque sepulcris
Elicit, *et tepido devocat ossa rogo.*

Propert. II. El. VIII. 19.

Exagitet noſtros Manes, ſectetur et umbras
Inſultetque rogis, calcet et oſſa mea.

Idem II. El. XIII. 32.

Accipiat Manes *parvula teſta meos.*

Neque vero *meare* in ſepulcrum, quicquam habet, quod Graevianam interpretationem impedire poſſit, quamvis de regno Plutonis proprie ſic loqui ſoleant poetae. Memorabilis extat lectionis varietas apud Homer. Il. Ψ. 244.

— εἰσόκεν αὐτὸς ἐγὼν ἄϊδι κεύθωμαι.

Fuerunt, qui ibi legerent, ἄϊδι κλεύθωμαι, quod exponit Scholiaſtes, εἰς ᾅδου τὴν κέλευσιν, ὅ ἐστι τὴν ὁδὸν ποιήσομαι. Cf. Scholia Veneta. Sed Pindarus de ſepulcro ita, Nem. VII. 27.

Ἀφνεὸς πενιχρός τε θανάτου
Παρὰ σᾶμα νέονται.

Neque aliter Callimachus H. in Dian. 132.

— — — οὐδ' ἐπὶ σῆμα
Ἔρχονται, πλὴν εὖτε πολυχρόνιόν τι φέρωσιν.

Quem locum expreſſit Propertius II. El. XIII. 39.

Tu quoque, ſi quando venies ad fata, *memento*
Hoc iter. *ad lapides* cana veni *memores.*

Pentametrum male ita interpolavit Burmannus p. 300.

Molliter *ad lapides*, cara, redire *meos.*

Digitized by Google

Lapides memores ſunt μνήματα, σήματα, monumenta. *Venire* ad lapides memores i. q. venire ad fata, ἔρχεσθαι ἐπὶ σῆμα, mori: *cana*, πολυχρόνιος. Sophocles Trachin. 884.

Βέβηκε Δηϊάνειρα τὴν πάνυστάτην
Ὁδῶν ἁπασῶν ἐξ ἀκινήτου ποδός.
Οὐδή ποθ' ὡς θανοῦσα;
Πάντ' ἀκήκοας.

Jam *domum exilem* aptius dicere potuit Horatius ſepulcrum, quam regnum Plutonis, in quo umbrae exiles verſantur. Vide Sophocl. Antig. 891. Electr. 1165. Νυκτὸς δόμον vocat Anyte in ep. XX. Anal. T. I. p. 201. Conf. Agathiae Scholaſtici ep. LI. Anal. T. III. p. 51. Xenoph. Ageſ. c. XI. circa finem: εἰς τὴν ἀΐδιον οἴκησιν κατηγάγετο. *Aeterna domus*, pro ſepulcro, in Inſcriptionibus et epitaphiis latinis paſſim occurrit. Vide Burmannum ad Anthol. Latin. T. II. p. 106. Hedylus ep. VII. Anal. T. I. p. 484.

Τοῦτο Θέων ὁ μόναυλος ὑπ' ἠρίον ὁ γλυκὺς οἰκεῖ.

Diodorus Sardianus ep. VIII. Anal. T. II. p. 187.

Ἵστω νυκτὸς ἐμῆς, ἥ μ' ἔκρυφεν, οἰκία ταῦτα
Λάϊνα, Κωκύτου τ' ἀμφιγόητον ὕδωρ,
Οὔτι μ' ἀνὴρ, ὁ λέγουσι, κατέκτανεν.

Habemus adeo Cocytum, in vicinia ſepulcri ſtrepentem, mirum ut nemini accidere poſſit,

quare Horatius domum exilem dixerit *Plutoniam*. Sed hujus verbi usum ac significationem jam satis comprobavimus.

Sensus igitur epigrammatis, unde declinavit oratio, huc redit: *Neque* levi arena *me adspergite*, *neque* injecta terra *me in hoc litore* humate. *Mare enim in me saevit*, *meque invenire novit*, *sive* in sicco *jaceam*, *sive* in tumulo. Quare locum hoc modo corrigendum arbitror:

Μή με κόνι κρύψητε· τί γὰρ πάλι; μηδ' ἐπὶ ταύτης
Ἠιόνος ὀγκωτὴν γαῖαν ἐμοὶ τίθετε.

Catull. Epithal. P. et Th. 153. *neque* injecta tumulabor *mortua* terra. Propert. III. El. XVI. 28.

Me tegat arborea devia terra coma.
Aut humet ignotae cumulus vallatus arenae.

Non juvat in media nomen habere via.

Conf. Agathiae Scholastici ep. LXXXV. Anal. T. III. p. 65. Νῦν δέ σε μὴ κούφη κρύπτοι κόνις, ἀλλὰ βαρεῖα, Μὴ τὸ τεὸν κείνη λείψανον ἐξερύσῃ. Pyrrhi tumulum ὀγκωτὸν τάφον vocat Statyllius Flaccus ep. X. Anal. T. II. p. 264. de quo vide Heynium ad Aeneid. XI. 849. Epigramma incerti auctoris apud Reiskium Anthol. Cephal. 108.

Ὀστέα δ' ὀγκωθεὶς οὗτος ἔδεκτο τάφος.

Digitized by Google

Auctor incertus ep. DCCVIII. Anal. T. III. p. 304. haud dissimiliter: Ἀμφοτέροις δ' ἐπέθηκε χυτὰν κόνιν Ἱππυδάμεια. Cf. Hom. Il. Ζ. 464. Sophocles Antig. 255.

Ὁ μὲν γὰρ ἠφάνιστο, τυμβήρης μὲν οὐ·
Λεπτὴ δ', ἅγος φεύγοντος ὡς, ἐπῆν κόνις.

Schol. οὐ κατὰ βάθος ἦν τεθαμμένος, ἀλλ', ὡς ἔτυχε, ἐπιβεβλημένη ἦν ἡ ἄμμος. τοῦτο δὲ ἐποίησεν ὁ θάψας νόμου χάριν. οἱ γὰρ νεκρὸν ὁρῶντες θάπτουσι, καὶ μὴ ἐπαμησάμενοι κόνιν, ἐναγεῖς εἶναι ἐδόκουν. Ejusmodi tumulum χῶμα vocant, σῆμα etiam. Notum est Homeri σῆμα χεύειν. Il. H. 86.

Σῆμά τε οἱ χεύσωσιν ἐπὶ πλατεῖ Ἑλλησπόντῳ.

Idem, τύμβον χεύειν, Il. H. v. 336. — Neque tamen conjecturae meae multum tribuo. Erunt fortasse, qui praeferendam ducant correctionem Jacobsii, Emend. in Epigramm. p. 36. legentis: οὐ μενετὴν γαῖαν ἐμοὶ τίθετε, Idem vir doctissimus ultimum distichon ita emendavit:

Χέρσον ἐπεκβαίνειν εἰ μεῦ χάριν ὕδατι θυμὸς,
Ἀρκεῖ μοι τραφερῇ μιμνέμεν ὡς ἀτάφῳ.

Vulgata σταθερῇ litus etiam designari potuit. Ἠιόνες σταθεραὶ dicuntur in ep. 434. Anal. T. III. p. 243. τὸ δ' ἄγριον ἐπλήμμυρε χεῦμα, καὶ ἐκ σταθερῶν ἥρπασεν ἠιόνων. Sed in locis tam corruptis plerumque in diversa abeunt Criti-

Digitized by Google

corum judicia. Multo magis vereor, ne dissentientes habiturus sim viros doctos in corrigendo alio ejusdem auctoris epigrammate, quod nunc describam.

Julii Dioclis Carystii.

Δίκτυά σοι τάδε, Πάν, ἀνεθήκαμεν ΟΙΚΟΣ ἀδελφῶν
Οἱ τρεῖς, ἐξ ὀρέων, ἤερος, ἐκ πελάγευς.

— — — — — —

Δικτυβόλει. τούτῳ δ' ἄγκεσι θηροτόκοις.
Τὸν τρίτον ἐν πτηνοῖσιν ἐπίβλεπε. τῆς γὰρ ἁπάντων,
Δαῖμον, ἔχεις ἠμέων δῶρα λινοστασίης.

Anthol. Plan. VI. Tit. XV. ep. 14. Anal. T. II. p. 182. Tres fratres Pani dedicant retia sua. Hi vocantur, *οἶκος ἀδελφῶν οἱ τρεῖς*. Quid aliis accidat, nescio. Mihi nihil ineptius videtur, hac lectione, in qua Brunckium non haesisse, miror. Sed et causa corruptae lectionis, et medela in promtu est. Usus erat auctor epigrammatis rarissimae significationis verbo, quo in errorem inductos esse librarios apparet. Lege:

Δίκτυά σοι τάδε, Πάν, ἀνεθήκαμεν ΕΤΧΟΣ ἀδελφῶν
Οἱ τρεῖς, ἐξ ὀρέων, ἤερος, ἐκ πελάγευς.

Digitized by Google

Εὖχος h. l. est *res vota* ac *persoluta*, hoc est, *promissa* ac *reddita*, ἀνάθημα, donarium, de qua verbi vi Lexica tacent. Ita *ranam* dedicatam Nymphis a viatore εὖχος vocat Plato ep. VIII. Anal. T. I. p. 170.

Τὸν Νυμφῶν θεράποντα, φιλόμβριον, ὑγρὸν ἀοιδὸν,
Τὸν λιβάσιν κούφαις τερπόμενον βάτραχον,
Χαλκῷ μορφώσας τις ὁδοιπόρος, εὖχος ἔθηκεν.

Ita εὔχεσθαι τῷ θεῷ κατά τινος, *deo aliquid vovere*, Graeci dicunt. Plutarch. T. II. p. 294. αἰσθόμενος οὖν ὁ Τέμων τὴν διάνοιαν αὐτῶν ὥρμησε φεύγων, καὶ διέφευγεν εὐξάμενος τῷ Ἀπόλλωνι καθ' ἑκατόμβης. Eustathius ad Homer. p. 1454. 29. Rom. ὅτι δὲ τὸ χίλια ζῶα ὑποσχέσθαι, κατὰ χιλίων εὔξασθαι, ἐφράζετο, δηλοῦσι χρήσεις παλαιαί. οὕτω δὲ ὡς εἰκὸς καὶ κατὰ ἑκατὸν βοῶν καὶ λοιπῶν. Hinc εὐκταῖον non modo est id, quod precibus expetitur, sed etiam, quod *ex voto solvitur*. Hesychius in v. Εὐκταῖον, τὸ κατ' εὐχὴν ἀποδιδόμενον. Idem. Κατευκτὸν, τὴν ἐπί τινι εὐχῇ ὑπόσχεσιν. Inprimis notandum est hoc, deos ipsos, quibus vota faciunt homines, passim dici εὐκταίους, ut Themis apud Euripidem Med. 168.

Κλύεθ', οἷα λέγει, κἀπιβοᾶται
Θέμιν εὐκταίαν, Ζῆνά θ', ὃς ὅρκων
Θνατοῖς ταμίας νενόμισται;

Ruhnkenius corrigebat, Θέμιν Ἰχναίαν. Vide

Digitized by Google

Pierſon. ad Moerin. p. 137. Jacobſius Θέμιν ἀνταίαν, Animadv. in Epigr. Vol. II. P. I. p. 365. Sed nihil videtur mutandum. De Luna Heſychius v. Οὐρανίη δ' αἶξ. — ἐπήκοος δέ ἐστιν αὐτὴ ἴσως, ὅτι κατ' ἐνίους ἡ σελήνη τῇ αἰγὶ ἐποχεῖται. ταύτῃ δὲ τὰ γύναια ηὔχετο διὰ τὸ καὶ αὐτὴν ἐπὶ τῷ Ἐνδυμίωνι τὰ αὐτὰ παθεῖν. ὅθεν καὶ εὐκταίαν φασὶν αὐτὴν ἔνιοι. In ep. XXII. Antipatri Theſſalonicenſis vulgo legitur:

Αἱ τρεῖς ἀσταὶ ἔσαν καὶ ἑταιρίδες· ἀλλὰ τυχοῦσαι
Κύπριδος εὐκρήτου, νῦν ἑνός εἰσι μία.

Repoſuit Brunckius, Κύπριδος εὐκταίης, ad ſenſum egregie. Hanc lectionem, notatam quoque in Codice Vatic. unice veram habeo. Δίκτυα igitur trium fratrum, Pani dedicata, communi nomine εὖχος vocat Diocles, quemadmodum eadem γέρας ξυνὸν dixerat Alexander Aetolus ep. I. Anal. T. I. p. 418.

Πίγρης ὀρνίθων ἄπο δίκτυα, Δᾶμις ὀρείων,
Κλείτωρ δ' ἐμβυθίων, σοὶ τάδε, Πὰν, ἔθεσαν,
Ξυνὸν ἀδελφειοὶ θήρης γέρας.

Verſus tertius, qui in Codice etiam deſideratur, ibi a recentiore manu ſuppletus eſt ſic:

Δικτυβόλει τούτῳ δὲ παρ' ἠιόνων κροκάλαισι.

Unde certe hoc apparet, ne pentametrum quidem accurate a librariis eſſe deſcriptum. Neque enim perſuadere mihi poſſum, auctorem hujus verſus tam ineptum fuiſſe, ut v. 2. δι-

Digitized by Google

κτυβόλει inveheret, ſi v. 4. idem verbum repetitum animadvertiſſet. Atqui veram pentametri lectionem debemus Suidae in v. Ἄγκη καὶ Ἄγκεα. οἱ Φαραγγώδεις καὶ ἀγκυλοειδεῖς τόποι, καὶ κοῖλοι, καὶ καταδύσεις ἔχοντες. ἢ ἄγκεσι συνδένδροις καὶ ὑλώδεσι τόποις. ἐν Ἐπιγράμματι·

Θηροβόλει τούτῳ δ' ἄγκεσι θηροτόκοις.

Sequitur hinc alterum, in verſu tertio, ſi non omnia, certe haec eſſe ſincera: Δικτυβόλει τούτῳ δέ. Quidni vero librarius ille totum hexametrum, caſu omiſſum, ex alio exemplari fideliter deſcripſerit? Is quidem tali poeta indignus haberi nequit. Neque facile quisquam aliquid deſideraturus fuiſſet, ſi epigramma hoc modo exaratum inveniſſet:

Δίκτυά σοι τάδε, Πάν, ἀνεθήκαμεν εὐχος ἀδελφῶν
Οἱ τρεῖς, ἐξ ὀρέων, ἠέρος, ἐκ πελάγευς.
Δικτυβόλει τούτῳ δὲ παρ' ἠϊόνων κροκάλαισι·
Θηροβόλει τούτῳ δ' ἄγκεσι θηροτόκοις.
Τὸν τρίτον ἐν πτηνοῖσιν ἐπίβλεπε. τῆς γὰρ ἁπάντων
Δαῖμον, ἔχεις ἠμέων δῶρα λινοστασίης.

Jam ſi quis epigramma, a nobis hoc modo emendatum, comparaverit cum verſione Grotiana, ſtatim quidem intelliget, eam lectioni vulgatae, οἶκος ἀδελφῶν, eſſe accommodatam; idem tamen fatebitur, reliqua ita vertiſſe virum praeclarum, ut verſum tertium, quem

Digitized by Google

diximus, recentem, et Suidae lectionem judicio ſuo comprobaſſe videatur:

Haec fraterna domus *tibi, Pan Tegeaee, ſacramus*
Retia de coelo, montibus, atque mari.
Tu fac piſcator felix ſit in aequoris undis,
Ille leves capiat per juga vaſta feras.
Tertius alitibus redeat gravis, o pater, omni
Nam de venatu nos tibi dona damus.

Nunc e magno carminum, quibus idem argumentum pertractatur, numero, (coacervavit ea Planudes Lib. IV. Tit. XXII.) unum, quod cum difficili Sophoclis loco componi poteſt, ſuccedat epigramma,

Zoſimi Thaſii.

Βριθὺ μὲν ἀγραύλων τόδε δίκτυον ἄνθετο θηρῶν
Δᾶμις, καὶ Πίγρης πτηνολέτιν νεφέλην.
Ἁπλότατον δ' ἁλὶ τοῦτο μιτορραφὲς ἀμφίβληστρον
Κλείτωρ, εὐθήρῳ Πανὶ προσευξάμενοι.
Τοὔνεκα, Πὰν, κρατερῷ πόρε Δάμιδι ληΐδα θηρῶν,
Πίγρῃ δ' οἰωνῶν, Κλείτορι δ' εἰναλίων.

Anal. T. II. p. 452. Νεφέλη v. a. eſt *rete*. Heſychius: Μακούνιον, δίκτυον κιχλῶν, ὅπερ τινες νεφέλην. Ariſtophanes Av. 526.

Πᾶς τις ἐφ' ὑμῖν ὀρνιθευτὴς
Ἱστησι βρόχους, παγίδας, ῥάβδους,
Ἕρκη, νεφέλας, δίκτυα, πηκτάς.

Archias ep. IV. Anthol. Planud. I. Tit. LX. Κόσσυφος ἠερίης κάλπον ἔδυ νεφέλης. Rete piſcatorium, quod μιτορραφὲς ἀμφίβληστρον vocat Zoſimus v. 3. Satyrius Thyillus ep. I. Anal. II. p. 276. τριγλοφόρον χιτῶνα appellat, quemadmodum tela araneae, ab Achille Tatio Lib. II. 117. ἀράχνης χιτὼν, a Philoxeno apud Athen. ἀράχνης πέπλος dicitur. Jon apud Athen. Lib. X. p. 451. λινοῦλκος χλαῖνα, θήραγρος πέδη. Vide Toupium Ep. Crit. p. 89. Sophocles contra *tunicam*, Centauri ſanguine tinctam, quam Dejanira, Neſſi fallaciis inducta, Herculi induerat, vocat ἀμφίβληστρον, πέδην, fortaſſe etiam νεφέλην. Trachin. 1050.

Οἷον τόδ' ἡ δολῶπις Οἰνέως κόρη
Καθῆψεν ὤμοις τοῖς ἐμοῖς Ἐριννύων
Ὕφαντὸν ἀμφίβληστρον, ᾧ διόλλυμαι.
Πλευραῖσι γὰρ προσμαχθὲν ἐκ μὲν ἐσχάτας
Βέβρωκε σάρκας, πλεύμονός τ' ἀρτηρίας
Ῥοφεῖ ξυνοικοῦν· ἐκ δὲ χλωρὸν αἷμά μου
Πέπωκεν ἤδη, καὶ διέφθαρμαι δέμας
Τὸ πᾶν, ἀφράστῳ τῇδε χειρωθεὶς πέδῃ.

Romae quondam viſebatur ſtatua Herculis *tunicati* non Eléo, ſed *Sóleo* h. e. Sophocleo habitu, ut egregie nuper Plinium XXXIV. S.

Digitized by Google

19, 35. emendavit vir perquam ingeniosus in Actis liter. Ienens. a. 1799. Nr. 27. p. 212. Vestem furialem vocat Cicero Tusc. Quaest. II. 8.

Nec tantum invexit tristis Eurystheus mali,
Quantum una vecors Oenei partu edita.
Haec me irretivit veste furiali *insciam.*
Quae lateri inhaerens morsu lacerat *viscera,*
Urgensque graviter pulmonum haurit spiritus:
Jam decolorem sanguinem omnem exsorbuit:
Sic corpus clade horribili absumptum extabuit,
Ipse illigatus peste *interimor* textili.

Convertit Sophoclem Cicero ita, ut verba lectori non annumeraret, sed appenderet, atque adeo quaedam hic immiscuit, quae commode referri possunt ad similem ejusdem dramatis locum v. 831.

Εἰ γάρ σφε Κενταύρου φονία νεφέλα
Χρίει δολοποιὸς ἀνάγκα,
Πλευρᾷ προστακέντος ἰοῦ,
Ὃν τέκετο θάνατος —

Hic Brunckius verba, φονία νεφέλα cum Scholiaste explicat τῷ αἵματι, et vertit: *si dolosus furor eum inunxit mortifera Centauri nebula.* Satis obscure! Primum vereor, ne doctissimus Tragici editor falsam significandi potestatem subjecerit verbo χρίει, quod h. l. non *ungendi* sed *stimulandi* aut *pungendi* vim ha-

Digitized by Google

bere videtur, ut apud Aeschylum Prom. 569. χρίει τις αὖ με τάλαιναν οἶστρος. Hanc nativam esse ac primariam hujus verbi potestatem, egregie docuit Ruhnkenius ad Tim. p. 104. Cicero vertit, *morsu lacerat.* Deinde nihil obstat, quo minus νεφέλη intelligatur de veste illa furiali, Nessi sanguine tincta, de peste *textili*, qua *irretitus*, dolo Centauri, periit Hercules. Verba ita construenda arbitror, εἰ γάρ σφε Κενταύρου δολοποιὸς ἀνάγκα χρίει φονίᾳ νεφέλᾳ, uti mox v. 837.

μελαγχαίτα δ'
Ἄμμιγά νιν αἰκίζει
Νέσσου φόνια δολόμυθα κέντρ'
Ἐπιζέσαντα.

Praeclare cum utriusque linguae scriptoribus ageretur, si aetatem tulissent *versiones*, quas de graecis exemplis fecerunt Ennius, Cicero, alii. Magnum haec res momentum haberet cum ad interpretationem, tum ad cognoscendam sermonis latini indolem poeticam, quae huic vertendi studio originem debet, ac formam. Sed haec jactura pertinet etiam ad epigrammata graeca, quorum magnam partem a Romanis in linguam patriam conversam esse, satis constat. Nunc solus fere in hunc censum venit Ausonius, qui tamen non interpretis modo, sed emendatoris etiam munere fun-

Digitized by Google

gi voluit, ſuperatus paſſim ab Hugone Grotio, qui Graecorum veſtigia diligentius et accuratius perſecutus eſt. Exemplum hoc eſto!

Incerti.

Κρανίον ἐν τριόδοισι κατοιχομένου τις ἐσαθρῶν,
Εἰκόνα τὴν κοινὴν οὐκ ἐδάκρυσε βίου.
Δεξιτερὴν δ' ἔρριψεν ἐπὶ χθόνα, καὶ λίθον ἧκε,
Κωφὸν μὲν δοκέοντ' ἀλλὰ πνέοντα δίκης.
Ὀστέον ὡς γὰρ ἔπληξεν ἀφήλατο, καὶ τὸν ἀφέντα
Πήρωσε, γλυκεροῦ βλέμματος ὀρφανίσας.
Καὶ πάλιν εἰς Ἀΐδην ἐκολάζετο· τὴν ἰδίην δὲ
Ἔκλαυσε χειρῶν εὔστοχον ἀφροσύνην.

Anal. T. III. p. 249. Vertit Auſonius ep. LXXI. cum hoc titulo: *De Achilla, qui diſſecuit calvariam:*

Abjecta in triviis inhumati glabra jacebat
Teſta hominis, nudum jam cute calvitium.
Fleverunt alii: fletu non motus Achillas:
Inſuper et ſilicis verbere diſſecuit.
Eminus ergo icto rediit lapis ultor ab oſſe:
Auctorisque *ſui frontem oculosque petit.*
Sic utinam certos manus impia dirigat ictus,
Auctorem *ut feriant tela retorta ſuum.*

Digitized by Google

Comparet mihi aliquis hanc interpretationem cum exemplo graeco, et utri primae deferendae ſint, dijudicet. Quam ſuave eſt ad cognoſcendum illud:

Εἰκόνα τὴν κοινὴν οὐκ ἐδάκρυσε βίου.

Hoc animum non advertit Auſonius. Sed τὸ κρανίον, quod nominare ſatis habebat epigrammatis auctor, ad nauſeam usque expolivit imitator; *glabra* jacebat *teſta*, adde, *nudum jam cute calvitium*. Hoc nimirum eſt ſapere! Et ſententiam iſtam in fine additam nemo facile deſideraſſet. Atqui hic ipſe verborum ornatus ſuſpectam reddit lectionem v. 6. *Auctoris*, quod nomen bis deinceps poſitum eſſe in tam polito carmine ab Auſonio quis credat? Sed manifeſto legendum eſt:

Actorisque *ſui frontem oculosque petit.*

Actor h. l. eſt is, qui egit lapidem, ὁ ἀφεὶς v. 5. Statius Achill. II. 419.

— *fuſae Balearicus* actor *habenae.*

Poſtea vidi, in editione Joſ. Scaligeri a. 1588. jam excuſum eſſe *Actorisque*. Neque tamen in Notis ulla hujus mutationis ratio redditur. Reliquae, quotquot conſulere mihi licuit editiones, exhibent *Auctorisque*, quod expungi debet. Verſus 8. in quibusdam exemplaribus ita legitur, teſte Vineto:

In proprium *ut* redeant *tela retorta* caput.

Digitized by Google

Haec mera eſt librariorum interpolatio, utpote qui in illa ejusdem verbi repetitione offenderent. Sed medicina alieno loco adhibita. Nam Auſonius haud dubie ob oculos habuit Ovidium Faſt. V. 41.

Fulmina de coeli jaculatus Jupiter arce
Vertit in auctores pondera vaſta ſuos.

Enimvero hic etiam in MS. lectionem, et ſenſui et Latinitati egregie convenientem, *actores*, invenit Voſſius, ut monet ad locum Velleji Pat. II. c. 80. *evitatis, quae juſſu hominis praviſſimi tela in eum acta erant.* Ubi nunc vide Ruhnkenium. Quid igitur faciamus? Vereor, ne interdum nimium tribuatur iſti aurium faſtidio. Utroque loco eadem voce uti potuit Auſonius, ac debuit. Omnino luſum aliquem verborum hic animadvertimus et ingenii. Nam ut *ictum* repetivit, ita *actorem*. Et finis acuminis aliquid habet, quod in exemplo graeco fruſtra quaeras. Ita paullatim ortum eſt aculeatum illud epigramma, quod, ſuſpenſo gradu incedens, *τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις*, ut ille ait. Vide, quae ſupra de Auſonio diximus, cap. IV.

In epigrammate graeco non omnia ſatis expedita ſunt. Videamus, quomodo haec converterit Grotius:

Digitized by Google

Viderat in trivio calvam qui forte jacentem
Debuit humanam qui lacrymare vicem,
In dextram projecit humum, *saxoque petivit:*
Muta fuit vindex attamen illa fui,
Ictaque dissiliens oculi se mittit in orbem,
Et facit hunc lucis tristia damna pati:
Imprudens laesae sic ille satisfacit umbrae,
Tamque suas rectum flet feriisse manus.

Verborum, δεξιτερὴν δ' ἔρριψεν ἐπὶ χθόνα, sensus vix esse potest, *in dextram projecit humum*, quod ipsum me non intelligere fateor. Puto, mentem auctoris hanc esse: impius ille homo, conspecta calva, *manum* (δεξιτερὴν) *conjecit in terram*, ut nimirum lapidem tolleret. Sed magis adhuc haereo in iis, quae leguntur v. 7. Καὶ πάλιν εἰς Ἀΐδην ἐκολάζετο. Haec ad sensum bene vertit Grotius. Quid vero est κολάζεσθαι εἰς Ἀΐδην?

Raro interpreti Anthologiae omnium elegantissimo accidit, ut a vero scriptorum graecorum sensu aberraret. Fortasse in hoc numero reponendum est Niciae epigramma, quod legitur Anal. T. I. p. 249.

Φρουρὸς ἐπὶ σμήνεσσι, Περιστράτου εἵνεκα, μίμνω
Ἐνθάδε, Μαιναλίαν κλιτὺν ἀποπρολιπὼν,
Κλῶπα μελισσάων δεδοκημένος. ἀλλ' ἀλέασθε
Χεῖρα, καὶ ἀγροτέρου κοῦφον ὄρεγμα ποδός.

Hoc epigramma vertit H. Grotius T. II. p. 425.

Digitized by Google

Maenala cur linquam, mihi causa Peristratus: ejus
Hic mea tutatur cura fidelis opes.
Observo fures examinis: ite manusque
Hinc avidas, tacitos et removete pedes.

Sed verba: ἀλλ' ἀλέασθε — ποδὸς, referenda potius sunt ad custodem examinis, Pana, furibus manuum suarum vim, pedumque celeritatem, si quid auferant, minaciter indicantem: *cavete hanc manum, hos pedes.* Talem admonitionem plerumque adjicere solent dii agrestes, ut Priapus, in ep. II. Antistii, Anal. T. II. p. 284. Ἦν δὲ παρεκβαίης ἐς ἃ μὴ θέμις etc. (quomodo etiam loquitur Lucianus Jud. Voc. T. I. p. 87. τὸ δὲ ὑπερβαίνειν ἐς ἃ μὴ χρὴ, λύοντός ἐστι τὸ δίκαιον.) Ep. CCXXXV. Anal. T. III. p. 198.

ἢν δέ μευ παρακλύῃς
Γνώσῃ τὸν Ἑρμῆν, ὡς κακοὺς ἀμείβομαι.

Martialis Lib. VIII. ep. XL. ad Priapum:

Furaces, moneo, manus repellas,
Et sylvam domini focis reserves.

Quod legitur v. 4. ὄρεγμα ποδὸς, forte in animo habuit Hesychius in v. Ὄρεγμα, βῆμα, ὅρμημα, ἅλμα. Male Toupius Emend. in Hesychium T. IV. p. 344. corrigit, ῥέγμα, βάμμα. Aeschylus etiam Choeph. 793. scribere potuit βημάτων ὄρεγμα. Sed vide, quae de hoc loco notavit doctissimus interpres, Schützius.

Digitized by Google

Caput VI.

Epigrammata amatorii argumenti. Vir doctus, qui praefatus est Philodemi Operi de Musica, toto coelo erravit in explicando epigrammate hujus poetae. Auctor non de ape loquitur, sed de puella. Ξανθάριον, nomen ὑποκοριστικόν. Ejusdem puellae mentionem Philodemus fecit in alio epigrammate, quod mutilavit Planudes. Fragmentum graecum apud Ciceronem, compositum cum versu quodam Propertii, corrigitur. Philodemus iterum conjectura tentatus. Quid sit, primo gradu lapsum abire? Archimeli epigramma. Ἰέναι εἰς ἔπος ἄκρον, laudis conscendere carmen; quae singularis est in tota Latinitate dictio. — Epigramma M. Argentarii. Formulae, μύρου ὄζειν, et ἐλαίου ὄζειν, explicantur. Nicostratus apud Stobaeum emendatur. Sequuntur animadversiones in Stratonis, Incerti auctoris, Dionysii Sophistae, et Lucillii, epigrammata. Γραμματικὸς κερασφόρος, sive, corniger. Signum quatuor cornibus instructum apud CPolitanos.

Philodemi.

Ξανθοκηρόπλαστε μυρόχροε μουσοπρόσωπε
Εὔλαλε διπτερύγων καλὸν ἄγαλμα πόθων
Ψιλόν μοι χερσὶ δροσιναῖς μύρον ἐν μονοκλίνῳ
Δεῖ με λιθοδμήτῳ δὲ ποτι πετριδίῳ
Εὕδειν ἀθανάτως πουλὺν χρόνον ἆδε πάλιν μοι
Ξανθάρεον, ναὶ ναὶ τὸ γλυκὺ τοῦτο μέλος
Οὐ καὶ εἰς, ὠνθρωφοτοκονγλυφος ἐν μονοκλίνῳ
Δεῖ σε βίου ἀεὶ δύσμορε πετριδίῳ.

Digitized by Google

Cod. Vatic. p. 454. Sex priores verſus, tanquam integrum epigramma, edidit Brunckius Lect. p. 144. avulſo ultimo diſticho, quod quoniam ſeorſim protulerat Salmaſius Exercit. Plin. p. 850. alius carminis particulam hanc eſſe ſibi perſuadebat vir doctiſſimus. Hoc monuit etiam is, qui praefatus eſt Philodemi Operi de Muſica p. 5. Qui liber quum paucorum in manibus verſetur, operae pretium ſit, verſionem ſcriptoris anonymi prorſus ſingularem, eique ſubjunctam animadverſionem hic repetere. „Adloquitur poeta τὸν βομβύλιον h. e. apem circum ſe ſuſurrantem: *O flave opifex cerae* (Ξάνθ' ὦ κηροπλάστα) *unguentum effundens* (μυρόῤῥοε) *Muſam ore referens, garrule, pulchrum volitantium Cupidinum ſimulacrum, attenua* (ψιλοῦ) *mihi roſcidis tuis manibus unguentum; oportet enim me aliquando immortalium more longo aevo cubare in loculo affabre in petra exciſo: nae, nae, redintegra mihi tuum melos; dulce enim eſt mihi.* At tu, *o foenerator homo*, hoc melos *non audis? In ſaxeo loculo te oportet, miſer, ſine victu habitare.* — Fingit ergo ſibi audito apis bombo ſuccurriſſe, ejusdem miniſterio adparari mel, quod olim condiendo ſuo cadaveri inſerviret: qua recordatione minime perterritus, quin imo exhilaratus, utpote cui mors

Digitized by Google

nihil quiret ſurripere, ſed potius efficeret, ut immortalium more, nihilo indigentium, longo aevo in ſaxeo loculo cubaret, eandem rogat, ut feſtinet ſibi unguentum ad hoc opus elaborare; atque proinde, ut ſuum iteret bombum, hortatur, adfirmans ſibi gratum illum fore, profecto quia mortem laborum finem in ſuam memoriam revocaret, contra quam divitibus accideret.“ Nemo facile in explicando qualicunque loco magis a veritate unquam aberravit! Fuit alius, qui Ξανθάριον nomen pueri eſſe crederet, dicti a poeta v. 1. ἄγαλμα ξανθοκηρόπλαστον Cupidinis. — Pueri, dominum bibentem cantu exhilarantis, exemplum ſuppeditat Horatius II. Ep. II. 3.

Hic et
Candidus, et talos a vertice pulcher ad imos,
Fiet, eritque tuus nummorum millibus octo,
Verna, miniſteriis ad nutus aptus heriles,
Litterulis Graecis imbutus, idoneus arti
Cuilibet, argilla quidvis imitaberis uda:
Quin etiam canet indoctum, ſed dulce bibenti.

Philodemus igitur puerum iſtum vocare potuiſſet διπτερύγων καλὸν ἄγαλμα Πόθων, propter pulchritudinem. Quum enim ἄγαλμα potiſſimum ſignificet ſtatuam, affabre et emendatiſſime elaboratam, factum eſt, ut homines etiam formoſi ἀγάλματα dicerentur, quod imitatus

Digitized by Google

Petronius c. 126. *mulierem* vocavit *omnibus ſimulacris emendatiorem.* Platonici pulchri cujuslibet cogitationem mente informatam hoc nomine deſignabant, qua de re egregie diſputat Ruhnkenius ad Tim. p. 4. In pueris autem, qui a cyatho erant, pulchritudinem inprimis ſpectatam fuiſſe, ſatis conſtat. Iidem paſſim dicuntur ταχύνειν, πέτεσθαι. Unde Toupius Emend. in Suidam p. 497. correxit fragmentum Ariſtophanis:

Τάχυνον, πέτου, καὶ μὴ τροπίαν οἶνον φέρε.

Vulgo, τάχυνον πότον. Fortaſſe hinc etiam emendandus eſt, corruptiſſimus Platonis Comici locus apud Athen. Lib. XV. p. 666. D.

Πρὸς κότταβον παίζειν ἕως ἂν σφῶν ἐγὼ
Τὸ δεῖπνον ὧδε σκευάσω, πάνυ βούλομαι.
Ἀλλ' ἄνεμος ἐστάλειs θυῖαν παῖs θέον
Φέρε τὴν θυῖαν· αἰρ' ὕδωρ· ποτήρια
Παράθετε.

Caſaubonus correxit v. 3. ἀλλ' ἄγε μόνον vel ὕδωρ στάζ' εἰς θυείαν παιδίον. *Age igitur puer aquam infunde in pilam.* Jacobſius Animadv. in Euripidis Trag. p. 186. legit: ἀλλ' ἄγε δὸς ὡς τάχιστα θυίαν παιστικόν. Niſi verſui aliquid ad integritatem deeſſe videretur, contenderem, hic latere ἀνέμου παιδίον. Suidas in v. Ἀνέμου παιδίον. ἐπὶ τῶν εὐμεταβόλων καὶ κούφων. Toup. Cur. Noviſſim. in Suidam p. 171. ed. Lipſ.

Digitized by Google

excitat Poll. I. 196. Εἴποι ἂν αὐτὸν Ὅμηρος αὔρας ἢ ἀνέμου παῖδα. Sed haec a loco, quem tractamus, ut quae maxime, ſunt aliena. Poetam enim non de puero, ſed de *puella* loqui, tam certum eſt, quam quod certiſſimum. Hoc quum etiam animadvertiſſet Schneiderus apud Jacobſ. Animadv. Vol. II. P. I. p. 244. miror, virum doctiſſimum non incidiſſe in veram, quae quidem in manibus erat, epigrammatis lectionem. Corrigit enim:

Ξανθὴ, κηρόπλαστε, μυρόχροε, μουσοπρόσωπε,
Εὔλαλε, διπτερύγων καλὸν ἄγαλμα Πόθων.
Ψάλλον μοι χερσὶν δροσίναις μόρον.

Quid primae voci, Ξανθὴ, ſubſtituendum ſit, mox videbimus. Utinam tam facilis eſſet ac certa emendatio tertii verſus. Nam illud dicendi genus, ψάλλειν χερσὶ μόρον, vix exemplo aliquo confirmari poterit. Hinc Jacobſius malebat legere μέλος, aut ψάλλον μοι χερσὶν δροσίμαις μύρῳ, *manibus unguento delibutis*. Reliqua a Brunckio aliisque viris doctis probabiliter ſunt reſtituta. Epigramma igitur hoc fere modo legendum eſt:

Ξανθὴ κηρόπλαστε, μυρόχροε, μουσοπρόσωπε,
Εὔλαλε, διπτερύγων καλὸν ἄγαλμα Πόθων,
Ψιλόν μοι χερσὶ δροσίμαις μύρον· ἐν μονοκλίνῳ
Δεῖ με λιθοδμήτῳ δή ποτε πετριδίῳ
Εὕδειν ἀθανάτως παυλὺν χρόνον. ἀλλὰ πάλιν μοι

Ξανθάριον, ναὶ, ναὶ, τὸ γλυκὺ τοῦτο μέλος.
Οὐκ ἀΐεις, ὦ ἄνθρωπε τοκόγλυφος; ἐν μονοκλίνῳ
Δεῖ σ' ἄβιον ναίειν, δύσμορε, πετριδίῳ.

De τοκογλύφοις vide Hemsterhusium ad Luciani Necyom. p. 472. Heraldi Animadv. in Salmasii Observ. p. 162. Ξανθάριον nomen est ὑποκοριστικὸν puellae, cujus verum nomen erat Ξανθώ. Haec est constans in his verbis flectendi ratio. Philodemus ep. I. Anal. T. II. p. 83. quam primo versu vocaverat Δημὼ, eandem versu quinto appellat Δημάριον. Similiter a Τιμὼ fecit Τιμάριον Meleager ep. LXV. Caeterum eadem puella commemoratur in alio Philodemi epigrammate, quod mutilavit Planudes, Anthol. VII. ep. 52.

Τὸν σιγῶντα, Φιλαινὶ, συνίστορα τῶν ἀλαλήτων
Λύχνον ἐλαιηρῆς ἐκμεθύσασα δρόσου,
Ἔξιθι. μαρτυρίην γὰρ Ἔρως μόνος οὐκ ἐφίλησεν
Ἐμπνόην, καὶ τύκτην κλεῖε, Φιλαινὶ, θύραν.

Hactenus Planudes. Codex Vatic. unum praeterea exhibet distichon, quod, non animadverso levi vitio, ex Apographo Buheriano ita descripsit Brunckius Anal. T. II. p. 87.

Καὶ σὺ, φίλη, ξανθῷ με... σὺ δ' ὦ φιλεράστρια κοίτης
Ἤδη τῆς Παφίης ἴσθι τὰ λειπόμενα.

Inesse his verbis nullum fere sensum, facile largimur Jacobsio Animadv. Vol. II. P. I. p. 226. „Quid enim est ξανθῷ? quo sensu ac-

cipiendum est? Vix verbum reperiri poterit, quod apte suppleatur. Deinde hoc me male habet, quod puella, in cujus amplexus poeta se ruere fingit, bis appellatur. Pro meo sensu oratio ad ancillam continuatur usque ad verba: σὺ δ' ὦ Φιλεράστρια. Quare vide, an poeta scripserit:

Καὶ σὺ φύλαξ ἀν δῶμα... Σὺ δ' ὦ φιλεράστρια κοίτης.

Et tu quidem, o Philaeni, custos in domo maneas. — Tu autem. — Ancillae excubias in limine agentes passim obviae." Aliter rem instituit Grotius, a quo jam suppletum est hoc distichon, T. III. p. 231. Is vertit:

Actibus arcanis testem sine voce lucernam
Palladio nobis rore, Philaeni, rigans,
Egreditor: vivens nam conscius omnis amori
Est odio: atque ipsas, claude, Philaeni, fores.

Intactam quaeso sine me, Philerastria. *quin tu*
Foedere de Paphio disce quod est reliquum.

Quid verbo ξανθῷ substituere voluerit Grotius, non apparet. Sed vocem φιλεράστρια pro nomine proprio accepit, adeoque legit, quod etiam a doctissimo Boschio animadversum:

— — — σὺ δ', ὦ Φιλεράστρια, κοίτης
Ἤδη τῆς Παφίης ἴσθι τὰ λειπόμενα.

At enim, φιλεράστρια non est nomen proprium, sed proba vox, qua Lexica locupletari possunt. Eam reddidimus etiam M. Argentario in epi-

Digitized by Google

grammate adhuc inedito, quod infra descriptum legitur nr. XXIV. Talia multa in graeca lingua reperiuntur, ut ἑταιρίστρια, θεάτρια, *spectatrix*, apud Aristophanem. Vide Brunck. T. III. p. 281. Valckenar. ad Adoniaz. p. 196. Alibi ἐράστρια occurrit. Neque tamen spernenda est Membranarum scriptura, φιλεράστρι' ἄκοιτις, cui favet Argentarii epigramma. Servata igitur ipsa Codicis lectione, versus ita interpungendi sunt:

Καὶ σὺ, φίλη Ξανθώ, με . . . ὦ δ', ὦ φιλεράστρι' ἄκοιτις,

Ἤδη τῆς Παφίης ἴσθι τὰ λειπόμενα.

Nihil autem interest, utrum in Vocativo scribas Ξανθὼ, an Ξανθοῖ. Vide Schol. ad Apollonium Rhod. III. 1. Sed hic etiam in Codice exaratum est Ξανθῶ, non Ξανθοῖ. — Lepida ista aposiopesis admonet me fragmenti graeci apud Ciceronem Attic. IV. Ep. 16. quod hinc illustrari potest. En totum locum: *Quid aliud novi? et tamen absoluto Gabinio, stomachantes alii judices, hora post, Antiochum Gabinium, nescio quem, e Sopolidis pictoribus, libertum accensum Gabinii, lege Papia condemnarunt; itaque dixit statim reus P. lege majestatis.* οὐ σ' οἶδ' Ἄρης ἅμα Παφίῃ? Ernesti vertit: *nonne scio te, o Mars, consuesse cum Paphia*, sive *Venere?* Sed vertendum

potius erat: *ignoro, te, o Mars, consuesse cum Venere.* Primum, sublato interrogandi signo, lege:

— οὐ σ' οἶδ', Ἄρες, ἅμα Παφίῃ.

Est enim, nisi fallor, pars pentametri, capite suo truncati. Deinde comparandus Propertius II. El. II. 4.

Cur haec in terris facies humana moratur?
Juppiter, ignoro pristina furta tua.

Unde certe hoc conjicere licet, sententiam istam e proverbii quadam consuetudine interjectam esse orationi, re aliqua plane praeter exspectationem cadente, aut magnam sui mirationem excitante. Confirmatur simul fragmento illo lectio vulgata, *Ignoro*, quam temere Burmannus ad Propertium p. 234. cum aliis obliterare conatus est, scribentibus:

Juppiter, ignosco *pristina furta tua.*

Philodemi.

Δακρύεις, ἐλεεινὰ λαλεῖς, περίεργα θεωρεῖς,
Ζηλοτυπεῖς, ἅπτῃ πολλάκι, πυκνὰ φιλεῖς.
Ταῦτα μέν ἐστιν ἐρῶντος· ὅταν δ' εἴπω, παράκειμαι,
Καὶ σὺ μένεις ἁπλῶς, οὐδὲν ἐρῶντος ἔχεις.

Anal. T. II. p. 84. Aristaenetus I. Ep. XXI, τοσοῦτον δεδυστύχηκεν Ἀρχιτέλης, καὶ σύν-

ἐστι προθυμένη καθάπερ εὐνοῦχος τὰ ἐρωτικὰ περιεργαζόμενος καὶ λιχνεύων. Vers. 4. Brunckius recepit Toupii conjecturam ἄπλους, quam corroborare videtur Ovidius A. Am. II. 721.

Adſpicies oculos tremulo fulgore micantes,
Ut ſol a liquida ſaepe reſulget aqua.
Accedent queſtus, accedet amabile murmur,
Et dulces gemitus, aptaque verba joco.
Sed neque tu dominam, velis majoribus uſus,
Deſine; nec curſus ante eat illa tuos.
Ad metam properate ſimul. tum plena voluptas,
Quum pariter victi femina virque jacent.

His ultimis tamen verbis adducor, ut credam, veram lectionem eſſe, καὶ σὺ μένεις ἀπτῶς, quod melius reſponderet videtur voci παράκειμαι. Alluſit forſitan Philodemus ad ὑπτιασμοὺς palaeſtritarum, et quos vocant, τρόπους χαμαί. Martial. XIV. ep. 201.

Non amo, qui vincit, ſed qui ſuccumbere novit,
Et melius didicit τὴν ἀνακλινοπάλην.

De hoc luctae genere omnino conſulendus eſt Salmaſius Exercit. Plin. p. 205. Saepenumero ſcriptores graeci et latini verba, palaeſtram ejusque ritus ſpectantia, his rebus amatoriis accommodare ſolent. Theocrit. Eid. I. 97.

Κήπε, τὺ θὴν τον Ἔρωτα κατεύχεο, Δάφνι, λυγιξεῖν.
Ἀ᾽ οὐκ αὐτὸς Ἔρωτος ὑπ᾽ ἀργαλέω ἐλυγίχθης;

Schol. σὺ δὴ, ὦ Δάφνι, κατεύχου — λυγίσειν,

Digitized by Google

καταπαλαίσειν τὸν Ἔρωτα. Lucian. Dial. Deor. VII. T. II. p. 251. χθὲς δὲ προκαλεσάμενος τὸν Ἔρωτα κατεπάλαισεν εὐθύς, οὐκ οἶδ' ὅπως ὑφέλκων τῶν πόδε. Hinc explicandus est difficillimus Propertii locus I. El. XIII. 5.

Dum tibi deceptis augetur fama puellis,
Certus et in nullo quaeris amore moram;
Perditus in quadam tardis pallescere curis
Incipis, et primo lapsus abire gradu.

Hoc interpretes ita vulgo intelligunt, ut sit, *ab illa primo constantiae gradu declinare.* Burmannus contra Heinsii correctionem *lassus* unice veram habet. Sed cave aliquid mutes. Sensus est, *nondum* ter dejectus (ab Amore) sed *prima vice* lapsus abis, et victum te fateris. Satis constat, lege prohibitum fuisse, ne quis victor haberetur, anteaquam adversarium ter dejecisset, qui propterea dicitur τριαχθῆναι. Hinc metaphora ducta est. Salmasius l. c. laudat Sophoclis (?) versum de Venere:

Τίν' οὐ παλαίουσ' ἐς τρὶς ἐκβάλλει θεῶν;

Hoc ad causam Orestis commode transtulit Aeschylus Eumen. v. 584.

Τὴν μητέρ' εἶπὲ πρῶτον εἰ κατέκτονας.

Ὀρέστης.

Ἔκτεινα· τούτου δ' οὔτις ἄρνησις πέλει.

Χορός.

Ἓν μὲν τόδ' ἤδη τῶν τριῶν παλαισμάτων.

Ὀρέστης.

Οὐ κειμένῳ πω τόνδε κομπάζεις λόγον.

Suidas in v. Τριαχθῆναι. Λέγουσι καὶ παλαιστρικοὶ ἀντὶ τοῦ τρὶς πεσεῖν, ἢ τὸ τρὶς τροχάσαντα νικηθῆναι, στάδιον, δίαυλον, ἑπλιχόν. Victor talis dicitur τριακτῆρ, Aeschyl. Agamem. 179. invictus ἀτρίακτος, Choeph. 636. Haec res fugit Brodaeum ad Anthiolog. Wechel. p. 185. ubi explicat Lucillii epigramma (Anal. T. II. p. 321.)

Εἰς ἱερόν ποτ' ἀγῶνα Μίλων μόνος ἦλθ' ὁ παλαίστης·
Τὸν δ' εὐθὺς στεφανοῦν ἆθλοθέτης ἐκάλει.
Προσβαίνων δ' ὤλισθεν ἐπ' ἰσχίον· οἱ δ' ἐβόησαν
Τοῦτον μὴ στεφανοῦν, εἰ μόνος ὢν ἔπεσεν.
Ἀνστὰς δ' ἐν μέσσοισιν ἀνέκραγεν. Οὐχὶ τρί' ἐστίν·
Ἓν κεῖμαι, λοιπὸν τἄλλα μέ τις βαλέτω.

Ibi Brodaeus: „οὐχὶ τρί' ἐστίν. lege ἔστην, *stant et firma sunt* duae manus et alter pes: ait enim ὤλισθεν ἐπ' ἰσχίον. ἓν κεῖμαι. unus tantum pes." Mira observatio! Grotius egregie vertit:

Venerat ad luctae quondam Milo solus honores,
Praetor ei jussit serta repente dari.
Ivit et in coxam cecidit, negat esse corona
Hunc dignum populus, qui procul hoste cadat.
Surgit et exclamat: certatur triplice casu,
Unus hic est. *aliquis, si potes,* adde duos.

Quandoquidem semel delati sumus ad compa-

rationem Propertii cum graecis ſcriptoribus, hic ſtatim ſubjiciamus epigramma Archimeli, idque componamus cum quodam Callimachi Romani loco, fortaſſe omnium obſcuriſſimo.

Archimeli.

Τὴν Εὐριπίδεω μήτ' ἔρχεο, μήτ' ἐπιβάλλου
Δύσβατον ἀνθρώποις οἶμον, ἀοιδοθέτα.
Λείη μὲν γὰρ ἰδεῖν καὶ ἐπίκροτος· εἰ δέ τις αὐτὴν
Εἰσβαίνει, χαλεποῦ τρηχυτέρη σκόλοπος.
Ἢν δὲ τὰ Μηδείης Αἰητίδος ἄκρα χαράξῃς,
Ἀμνήμων κείσῃ νέρθεν· ἔα στεφάνους.

Anal. T. II. p. 64. Ultimum diſtichon ut olim Planudi, ita recentiore aetate Dorvillio viſum eſt δυσνόητον. Planudes plane omiſit, Dorvillius hunc ſenſum inde eruit: „ſi alias quidem Euripidis tragoedias quis velit aemulari, aſperam inventurus ſit viam, licet appareat levis et facilis: at ſi tentet Medeam, praecipitatum iri talem poetam et omni poetica gloria privatum iri.“ Mira ſane dictio eſt, ἄκρα χαράσσειν, quanquam χαράσσειν pro ſcribere ſatis notum eſt. Hinc Timon Sillographus viros doctos, qui quondam in Muſeo Alexandrino, tanquam magni pretii aves, Mu-

Digitized by Google

ſarum in cavea incluſi, regio ſumtu alebantur, βυβλιακοὺς χαρακίτας vocavit, teſte Athenaeo Lib. I. c. 19. p. 22. D. ſi vera eſt Caſauboni explicatio. Eo fortaſſe reſpexit Vellej. Pat. I. c. 16. — Neque in his verbis haeſiſſe videtur Dorvillius, (ad Charit. p. 387.) cui pentameter modo obſcurus manebat. Jacobſius contra, vitium in χαράξης quaerens, legit: (Animadv. Vol. II. P. I. p. 193.)

Ἦν δὲ τὰ Μηδείης Αἰητίδος οὐ παραθρέξῃς
Ἀμνήμων κείσῃ νέρθεν —

„Niſi Medeam ſuperaveris, ignotus et inglorius inter umbras verſaberis. Quare tibi ſuadeo, ut totum illud tragoedias ſcribendi negotium omittas.“ Mihi gravius quoddam ulcus in hoc diſticho latere videtur, cui tamen vel detegendo vel tollendo me imparem eſſe ſentio. Indicabo tamen ſimilem Propertii locum, qui fortaſſe aliis profuerit ad verum inveniendum, II. El. X. 21.

Ut caput in magnis ubi non eſt tangere ſignis,
Ponitur hic imos ante corona pedes:
Sic nos, nunc inopes laudis conſcendere carmen,
Pauperibus ſacris vilia tura damus.

An ſcripſit Archimelus, κεῖσθαι νέρθεν ἕα στεφάνους? Sed his reliqua non ſatis reſpondent. Relicto igitur epigrammate graeco, illuſtremus potius dictionem, in Latinitate quidem ſingu-

Digitized by Google

larem, *laudis conſcendere carmen.* Huic pro ſuo quisque ingenio aliam eamque meliorem lectionem ſubſtituere conatus eſt. Palmerius conjecerat, *conſcendere in arcem.* Burmannus, „videntur, ait, viris doctis haec placuiſſe propter verbum *conſcendere.* quo illecti *conſcendere currum* divinare poſſemus, ut Marklando etiam in mentem venerat.“ Talia apud Pindarum invenias v. c. Pyth. II, 113.

Εὐανθέα δ' ἀναβάσομαι
Στόλον, ἀμφ' ἀρετᾷ
Κελαδέων.

Eldickii, Oudendorpii, aliorumque Criticorum conjecturas collegit Burmannus. Sed ſatius erat, fontem graecum indicare, unde haec ducta ſunt. Recte Vulpius, *eſſe hoc unum ex Propertii ſingularibus* adfirmavit, quod fortaſſe a Callimacho vel Phileta derivaverit. Enimvero Propertius non adeo ſe addixerat his poetis, ut, in conformanda inprimis ad Graecorum exemplum lingua vernacula, reliquos Elegiarum ſcriptores non curaret. Quidni imitari is potuerit Alexandrum Aetolum, cujus hoc extat fragmentum apud Athenaeum Lib. XV. p. 699. C.

Ὡς Ἀγαθοκλῆος λάσιαι Φρένες ἤλασαν ἔξω
Πατρίδος, ἀρχαίων ἦν ὅδ' ἀνὴρ προγόνων·

Digitized by Google

Εἰδὼς ἐκ νεότητος ἀεὶ ξείνοισιν ὁμιλεῖν
Ἐεῖνος, Μιμνέρμου δ' εἰς ἔπος ἄκρον ἰών.

Haec est palmaria Casauboni emendatio, (pro eo, quod vulgo legitur, δεῖ σε πόσα κρονίων) ad cujus elegantiam nihil comparari posse statuit etiam Valckenarius Diatr. p. 279. Ἰέναι εἰς ἄκρον ἔπος, sive εἰς ἄκρον ἐπέων, ut dicendum potius fuit, verti ad verbum fere potest, *conscendere carmen*. Hoc profecto aeque dicere potuit Propertius, atque *percutere lyrae carmen* et similia. — Lectio Ἀγαθοκλῆος debetur Jacobsio, qui legit, τόνδ' Ἀγαθοκλῆος, Animadv. in Epigramm. Vol. I. P. II. p. 245. —

Marci Argentarii.

Ἰσιὰς ἡδύπνευστε, καὶ εἰ δεκάκις μύρον εὕδεις,
Ἔγρεο, καὶ δέξαι χερσὶ φίλαις στέφανον,
Ὃν νῦν μὲν θάλλοντα, μαραινόμενον δὲ πρὸς ἠῶ
Ὄψεαι, ὑμετέρης σύμβολον ἡλικίης.

Anal. T. II. p. 269. Vers. 1. Planudes reposuit, ἡδύπνοιε. Eidem debemus lectionem, μύρον εὕδεις, cujus vim non assequor. Elegantior est codicis lectio, μύρον ὄσδεις. Sed malim corrigere:

Ἰσιὰς ἡδύπνευστε, καὶ εἰ δεκάκις μύρου ὄσδεις.

Digitized by Google

Thomas M. in v. Μύρου ὄζει Ἀττικοὶ, οὐ μῦρον. Grotius eleganter vertit:

Quamquam Arabum meſſes ſomnus tuus, Iſias, halat,
Sis vigil, et capias haec, rogo, ſerta manu.
Si ſapis, haec noſtrae tibi ſunt aetatis imago:
Sic hodie florent, cras ſine honore jacent.

Contra ἐλαίου ὄζειν dicuntur viri, palaeſtrae ſtudio dediti. Xenophon. Sympoſ. c. II. §. 3. αἱ μέντοι γυναῖκες, ἄλλως τε καὶ ἢν (ὅταν) νύμφαι τύχωσιν οὖσαι, ὥσπερ ἡ Νικηράτου καὶ Κριτοβούλου, μύρου μέν τι καὶ προσδέονται. αὗται γὰρ τούτου ὄζουσιν. ἐλαίου δὲ τοῦ ἐν γυμνασίοις ὀσμὴ καὶ παροῦσα ἡδίων, ἢ μύρου γυναιξὶ, καὶ ἀποῦσα ποθεινοτέρα. Hinc explicandus Nicoſtrati locus apud Jo. Stobaeum Serm. LXXII. p. 445. Πόρρω δ' ἂν εἴη καὶ τοῦ δεηθῆναι γυνὴ ὑγιαίνουσα καὶ ψιμυθίῳ, καὶ ὑπ' ὀφθαλμῶ ὑπογραφῆς, καὶ ἄλλου χρώματος ζωγραφοῦντος καὶ ἀφανίζοντος τὰς ὄψεις. Gesnerus vitium quaerit in verbo δεηθῆναι. Idem facit Fr. Jacobſ. Animadv. in Eurip. p. 150. Ille corrigit δευθῆναι, hic ἀλειφθῆναι. Nos retineamus vulgatam, quam confirmat Xenophon. Lego: Πόρρω δ' ἂν εἴη καὶ τοῦ δεηθῆναι γυνὴ ὑγιαίνουσα καὶ ψιμυθίου, καὶ ὑπ' ὀφθαλμῷ (ὑποφθαλμίου) ὑπογραφῆς. Xenophon. Cyrop. I. c. III. 2. Καὶ ὁρῶν δὴ αὐτὸν κεκοσμημένον καὶ ὀφθαλμῶν

ὑπογραφῇ, καὶ χρώματος ἐντρίψει, καὶ κόμαις προσθέτοις. Athenaeus de Sophocle L. XV. p. 687. Σοφοκλῆς ὁ ποιητὴς ἐν Κρησὶ (ἐν Κρίσει) τῷ δράματι, τὴν μὲν Ἀφροδίτην, ἡδονήν τινα οὖσαν δαίμονα, καὶ μύρῳ ἀλειφομένην παράγει καὶ κατοπτριζομένην· τὴν δ' Ἀθηνᾶν, φρόνησιν οὖσαν καὶ νοῦν, ἔτι δ' ἀρετὴν, ἐλαίῳ χριομένην, καὶ γυμναζομένην. Callimachus H. in Pallad. 15.

Μὴ μύρα λωτροχόοι τᾷ Παλλάδι, μηδ' ἀλαβάστρως
(Οὐ γὰρ Ἀθαναίᾳ χρίματα μικτὰ φιλεῖ)
Οἴσετε, μηδὲ κάτοπτριν· ἀεὶ καλὸν ὄμμα τὸ τήνας.

Vide Spanhem. Obſervat. p. 611. Ad epigramma M. Argentarii inprimis pertinent verſus Propertii II. El. XXIX. 15.

Quae quum Sidoniae nocturna ligamina mitrae
Solverit, atque oculos moverit illa graves:
Afflabunt tibi non Arabum de gramine odores,
Sed quos ipſe ſuis fecit Amor manibus.

Perictyone apud Stob. Serm. LXXXIII. p. 486. οὐδ' ἀλείψεται Ἀραβίης ὀδμῆς ἐμπνέοντα. Heſiod. Scut. Herc. 7.

Τῆς καὶ ἀπὸ κρῆθεν, βλεφάρων τ' ἀπὸ κυανέων
Τοῖον ἄηϑ', οἷόν τε πολυχρύσου Ἀφροδίτης.

Stratonis.

Πάννυχα μυδαλέοντα πεφυρμένος ὄμματα κλαυθμῷ,
Ἄγρυπνον ἀμπαύω θυμὸν ἀδημονίῃ.
Ἥ με πόθος ἐδάμασσεν ἀποζευχθέντος ἑταίρου,
Μοῦνον ἐπεί με λιπὼν εἰς ἰδίην ἔφυγεν.
Χθιζὸς ἔβη Διόδωρος, ὃς εἰ πάλι μὴ ταχὺς ἔλθοι,
Οὐκ ἔτι μουνολεχεῖς κοῖτας ἀνεξόμεθα.

Anal. T. II. p. 375. Lect. p. 214. In Codice Vatic. versus 3. legitur ita:

ἡ με ΚΑΤΟΤΝ ἐδάμασσεν ἀποζευχθέντος ἑταίρου.

In his quidvis aliud lateat, quam πόθος, quod recepit Brunckius. Levi admodum mutatione facta, vera, nisi fallor, lectio evadet haec:

Ἄγρυπνον ἀμπαύω θυμὸν ἀδημονίῃ,
Ἥ με ΧΑΤΟΤΝΤ' ἐδάμασσεν ἀποζευχθέντος ἑταίρου.

Homer. Odyss. B. 249. de Penelope:

Οὔ κεν οἱ κεχάροιτο γυνὴ, μάλα περ χατέουσα,
Ἑλθόντ'.

Apollonius Rhod. I. 887. τὰ δὲ οἱ ῥέε δάκρυα χήτει ἰόντος. Propert. IV. El. III. 27. *Diceris et macie vultum tenuasse: sed opto* E desiderio *sit color ille meo.*

Incerti.

Εἰαρινῷ χειμῶνι πανείκελος, ὦ Διόδωρε,
Οὖμος ἔρως, ἀσαφεῖ κρινόμενος πελάγει.
Καί ποτε μὲν φαίνεις πολὺν ὑετὸν· ἄλλοτε δ' αὖτε
Εὔδιος ἀβρὰ γελῶν ὄμμασιν ἐκκέχυσαι.
Τυφλὰ δ', ὅπως ναυηγὸς ἐν οἴδματι κύματα μετρῶν
Δινεῦμαι, μεγάλῳ ΚΥΜΑΤΙ πλαζόμενος.
Ἀλλά μοι ἢ φιλίης ἔκθες σκοπὸν, ἢ πάλι μίσους,
Ὡς εἴδω, ποτέρῳ κύματι νηχόμεθα.

Anal. T. III. p. 157. Ante Brunckium edidit Ruhnkenius Ep. Crit. I. p. 85. ad locum Heſiodi Op. et D. v. 550. Ἄλλοτε μὲν θ' ὕει ποτὶ ἕσπερον, ἄλλοτ' ἄησι. Elegans epigramma, cui levem maculam adſperſit librariorum incuria. Neque enim probabile eſt, auctorem ter deinceps poſuiſſe vocem κῦμα. Scribendum haud dubie v. 6.

Δινεῦμαι, μεγάλῳ ΧΕΙΜΑΤΙ πλαζόμενος.

Euripides Androm. 885. Ὦ ναυτίλοισι χείματος λιμὴν φανείς. Alcaeus apud Heraclid. Ponticum de Allegor. Homeri p. 13. ed. Schow.

Τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα κυλίνδεται,
Τὸ δ' ἔνθεν. ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσσον
Ναῒ φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ,
Χειμῶνι μοχθεῦντες μεγάλῳ.

Digitized by Google

Vide Mitſcherlich. ad Horatii I. Carm. XIV. Egregie C. Nepos de Attico, c. 10. *Quodſi gubernator praecipua laude fertur, qui navem* ex hieme marique ſcopuloſo *ſervat: cur non ſingularis ejus exiſtimetur prudentia, qui ex tot tamque gravibus* procellis civilibus, *ad incolumitatem pervenit?* Caeterum verba, χειμὼν, χεῖμα, χειμάζεσθαι, non ſolum de amore, ſed de aliis etiam animi corporisque morbis gravioribus uſurpari ſolent, docente Valckenario ad Eurip. Hipp. p. 198. Sophoclis Ajax v. 207. θολερῷ κεῖται χειμῶνι νοσήσας, quod λύσσης πνεῦμα μάργον vocat Aeſchyl. Prometh. v. 889. Lucret. III. v. 491.

quia vis morbi *diſtracta per artus*
Turbat agens animam, ſpumans ut in aequore ſalſo
Ventorum validis ferveſcit viribus unda.

Satis notus eſt Euripidis verſus, Oreſt. 279. in quo pronuntiando lapſus eſt Hegelochus:

Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ.

Alius ejusdem fabulae locus v. 340. ſollicitari fortaſſe non debebat a viro ingenioſo:

Ὁ μέγας ὄλβος οὐ μόνιμος ἐν βροτοῖς·
Ἀνὰ δὲ λαῖφος ὥς τις ἀκάτου θοᾶς
Τινάξας δαίμων, κατέκλυσε
Δεινῶν πόνων, ὡς πόντου,
Λάβροις ὀλεθρίοισιν ἐν κύμασι.

Ita interpungendi videntur hi verſus: δαίμων κατώκλυσε (ὄλβον) δεινῶν πόνων ἐν κύμασι, ὡς πόντου ἐν κύμασι. Vide Dorvill. ad Chariton. p. 283. Quid ſit χειμάζεσθαι ἔρωτι, optime expreſſit Catull. Epithal. P. et Th. 97.

Qualibus incenſam jactaſtis mente puellam
Fluctibus, in flavo ſaepe hoſpite ſuſpirantem.

Dionyſii Sophiſtae.

Εἰθ' ἄνεμος γενόμην, σὺ δέ γε στείχουσα παρ' αὐγὰς,
Στήθεα γυμνώσαις, καί με πνέοντα λάβοις.
Εἰθε ῥόδον γενόμην ὑποπόρφυρον, ὄφρά με χερσὶν
Ἀραμένη, κομίσαις στήθεσι χιονέοις.
Εἰθε κρίνον γενόμην λευκόχροον, ὄφρά με χερσὶν
Ἀραμένη, μᾶλλον σῆς χροτιῆς κορέσης.

Hoc epigramma ita conſtituit Planudes Lib. VII. ep. 117. e tribus diverſorum auctorum diſtichis, quorum primum ἀδέσποτον eſt, ſecundum, quod inſcribitur ἀδέσποτον ὁμοίως, hoc modo in Codice legitur:

Εἰθὲ ῥόδον γενόμην ὑποπόρφυρον, ὄφρα με χερσὶν
Ἀρσαμένη χαρίσῃ στήθεσι χιονέοις.

Nulla igitur ratio erat, cur Brunckius ſecundum diſtichon conjuncte cum priori ederet Anal. T. III. p. 162. Idem Lect. p. 262. „ter-

tium, ait, in membranis non comparet, et ſpurium videtur; forte ipſius eſt Planudis, qui ſua ſibi habeat. Adumbratum eſt e veteri ſcolio, quod habes T. I. p. 158. XIX." Sed non ſpurii ſunt, nec Planudei hi verſus, quos, ſicut in Codice leguntur, deſcribam:

Θεοφάνους ἐρωτικόν.

Εἴθε κρίνον γενόμην ἀγένναον, ὄφρά με χερσὶν
Ἀρσαμένη μᾶλλον σῆς χροτιῆς κορέσῃς.

Exemplo hoc etiam carmen eſt, quanta omnino Planudis audacia fuerit ac temeritas non modo in corrigendis epigrammatis, ſed etiam in mutandis auctorum nominibus. Dionyſii Sophiſtae diſtichon eſt, quod praecedit. Hinc ſequentes verſus, quorum auctores ignorabat Criticus Cpolitanus, inſcripſit τοῦ αὐτοῦ.

Lucillii.

Εἰς γραμματικὸν κερασφόρον.

Ἔξω παιδεύεις Πάριδος κακὰ καὶ Μενελάου,
Ἔνδον ἔχων πολλοὺς σῆς Ἑλένης Πάριδας.

Anal. T. II. p. 318. Planudes lemma, quod huic epigrammati praefixum eſt, transtulit ad aliud ejusdem auctoris diſtichon, Anal. II. p. 327. XLIX. (vid. Lect. p. 201.)

Digitized by Google

Οὐδεὶς γραμματικῶν δύναται — ποτὲ εἶναι,
Ὀργὴν καὶ μῆνιν καὶ χόλον εὐθὺς ἔχων.

In Codice enim lacuna est post δύναται, quam explevit Planudes, addenda voce ἄρτιος. Hunc secutus Grotius vertit:

In Grammaticum intractabilem.
Grammaticis qui sit sanum caput, his quibus artis
Auspicium faciant lis gravis, ira, furor.

Sed quis unquam hominem intractabilem, aut morosum κερασφόρον dixit? Contra mariti, quorum uxores male audiebant, jam Artemidori aetate hoc nomine derisi, Onirocrit. Lib. II. c. 11. ὅτι ἡ γυνή σου πορνεύσει, καὶ τὸ λεγόμενον κέρατα αὐτῷ ποιήσει. Vid. Salmas. ad Tertull. de Pallio p. 338. et Menagium in Lexic. Etym. v. *Corne*. Menagii haud aliena est sententia, Gallis hanc dictionem primum innotuisse Constantinopoli tempore expeditionum sacrarum. Ibi enim hoc irrisionis genus omnibus lippis ac tonsoribus notum fuisse, cum aliunde constat, tum signum docet viri, quatuor cornibus ornati, ad quod accedere solebant, qui uxorum pudicitiam suspectam haberent, mariti, plerumque hoc experimento cornuti declarati; ὅστις γὰρ εἶχεν ὑπόληψιν τοῦ εἶναι κερατίαν, ἡνίκα ἐλθὼν προσέγγιζε τῇ στήλῃ, εἰ ἦν ὡς ὑπελαμβάνετο, ἐγύριζε ἡ στήλη ἐπὶ τρίτου, εἰ δὲ οὐκ ἦν, ἵστατο σιγῇ, ut scribit Codi-

nus de Or. Conſtant. n. 125. Vide Heyne in Comment. Soc. Reg. Gottingenſis T. XI. p. 27. et T. XII. p. 287. Spanhem. de Uſu et Praeſt. Num. Diſſert. V. p. 373. Hinc intelligitur, quid ſibi voluerit Scholiaſtes, ad Palladae epigramma: Μῆνις Ἀχιλλῆος καὶ ἐμοὶ πρόφασις γεγένηται, Anthol. Lib. I. Tit. XVII. ep. II. ita in Codice ſcribens: τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν αὐτὴν, νομίζω ὅτι κερᾶ ἦν παράξενος, quod corrige ſodes. νομίζω, ὅτι κερατᾶς ἦν παρὰ ξένου, *cornutus redditus erat ab hoſpite bonus Grammaticus, ut Menelaus a Paride.* Byzantinis enim homo cornutus κερατίας dicebatur et κερατᾶς. Ad talem maritum ſpectare etiam videtur Parmenionis, ſive Callicteris Mantiſii epigramma XXXVI. Antholog. Lib. II. Tit. XLVII. Anal. T. II. p. 294.

Ὅστις ἔσω πυρὸὺς καταλαμβάνει οὐκ ἀγοράζων,
Κείνου Ἀμαλθείας ἡ γυνή ἐστι κέρας.

Brunckius hoc diſtichon comparat cum alio Parmenionis epigrammate, quod edidit in Lect. p. 177. Hoc ita in Apographo legitur:

Αὐτῷ τις γήμας πιθανὴν τῷ γείτονι ῥέγχει,
Καὶ τρέφεται. τοῦτ' ἦν εὔκολος ἐργασία,
Μὴ πλεῖν, μὴ σκάπτειν, ἀλλ' εὐστομάχως ἀπορέγχειν,
Ἀλλοτρίῳ δαπάνῃ πλούσια βοσκύμενον.

Quae ſatis plana ſunt et aperta. Brunckius, qui in Apographo Buher. v. 1. invenerat αὐ-

τῷ τῇ, nomen viri in his latere ratus, versus illos, sensu carentes, in Commentarium rejecit. Simile negotium, mutatis tamen personis, transigit Gnatho apud Terentium Eunuch. Act. V. fin. ubi deridendum ac comedendum tradit Phaedriae Thrasonem:

— principio et habet quod det, et dat nemo largius.
Fatuus est, insulsus, tardus, stertit noctesque et dies:
Neque tu istum metuas, ne amet mulier: pellas facile ubi velis.

Caput VII.

Disputatur de fabulis aliquot Menandri ad epigramma Agathiae Scholastici. Πολέμων *non est titulus comoediae peculiaris, sed persona dramatis, quod* Περικειρομένη *vocatur, auctoribus Agathia et Frontone. Agathias rem ita proponit, ut probabile fiat, eandem hanc fabulam esse, atque* Ῥακιζομένην. *Hoc confirmare videntur Propertius, Tibullus et Ovidius. Neque huic sententiae obstant Dialogi Meretricii. An ad idem argumentum referenda sit* Γλυκέρα? *Jos. Scaligerum in vertendo epigrammate graeco longe superavit Hugo Grotius.*

Agathiae Scholastici.

Τὸν σοβαρὸν Πολέμωνα, τὸν ἐν Θυμέλῃσι Μενάνδρου
Κείραντα γλυκεροὺς τῆς ἀλόχου πλοκάμους,
Ὁπλότερος Πολέμων μιμήσατο, καὶ τὰ Ῥοδάνθης
Βόστρυχα παντόλμοις χερσὶν ἐληΐσατο.
Καὶ τραγικοῖς ἀχέεσσι τὸ κωμικὸν ἔργον ἀμείψας,
Μάστιξε ῥαδινῆς ἄψεα θηλυτέρης.
Ζηλομανὲς τὸ κόλασμα. τί γὰρ τόσον ἤλιτε κούρη,
Εἴ με κατοικτείρειν ἤθελε τειρόμενον.
Σχέτλιος ἀμφοτέρους δὲ διέτμαγε. μέχρι καὶ αὐτοῦ
Βλέμματος ἐνστήσας αἶθοπα βασκανίην.
Ἀλλ' ἔμπης τελέθει ΜΙΣΟΥΜΕΝΟΣ. αὐτὰρ ἔγωγε
ΔΥΣΚΟΛΟΣ, οὐχ ὁρόων τὴν ΠΕΡΙΚΕΙΡΟΜΕΝΗΝ.

Anthолog. Planud. VII. ep. 30. Anal. T. III. p. 38. Quae literis majuſculis exprimenda curavimus tria verba, totidem ſunt tituli fabularum Menandri. Hoc, ſi a Περικειρομένη diſceſſeris, quam indicaverat Fabricius Bibl. Graec. Vol. IV. p. 369. primus omnium animadvertiſſe ſibi videbatur Toupius Epiſt. Crit. p. 28. ed. Lipſ. addens: „has graecas venuſtates nemo adſequi poterit, niſi qui in veterum ſcriptis probe ſubactus atque exercitatus fuerit: quod paucorum hominum eſt.“ Atqui diu ante Toupium has venuſtates aſſecuti erant magni ſane in paucis viri, Joſephus Scaliger, et Hugo Grotius, ut mox videbimus. Notae ſunt Menandri Μισούμενος et Δύσκολος. Tertiam, quae Περικειρομένη inſcripta fuerit, praeter Agathiam Scholaſticum et Frontonem ep. II. Anal. T. II. p. 346. nemo hoc nomine laudavit. Sed in indice fabularum Menandri commemoratur etiam Πολέμων, hanc ſolam ob cauſam, quod Philoſtratus Epiſt. XXVI. narrat, id quod confirmat Agathias, amatorem crines puellae *carpentem* in Comoedia, dictum fuiſſe Polemonem. Lepidum commentum! Una eademque fabula eſt Πολέμων, et Περικειρομένη. Jam accuratius rem examinanti, haud dubio apparebit, miſeram iſtam puellam apud Menandrum non modo *comis privatam* fuiſſe a

Polemone, ſed etiam *plagis irrigatam.* Dicit enim manifeſto Agathias Scholaſticus:

Καὶ τραγικοῖς ἀχέεσσι τὸ κωμικὸν ἔργον ἀμείψας,
Μάστιξε ῥαδινῆς ἄψεα θηλυτέρης.

Hinc ſuſpicio oritur, ad idem argumentum referendam eſſe aliam Menandri fabulam, in qua ejusmodi aliquid accidiſſe titulus ipſe teſtatur. Cui non audita ἡ Ῥαπιζομένη? Vereor ſane, ne temeritatis nomine ſuſpectus fiam. Sed in manibus ſunt teſtes graviſſimi, Elegiographorum inter Romanos principes, Ovidius, Tibullus, Propertius, qui rem eodem fere modo, quo Agathias, uberius tamen exponunt. Perpetraverat Polemon, quod nemini dubium videri poteſt, facinus illud, ſtimulis Zelotypiae incenſus. Qui majori fortaſſe jure Cynthiam perfidiae inſimulabat Propertius, ſe tamen non militis, ſed poetarum more levitatem iſtam vindicaturum eſſe minatur his verbis II. El. V. 21. (II. El. IV. 21.)

Nec tibi perjuro ſcindam de corpore veſtem,
Nec mea praecluſas fregerit ira fores:
Nec tibi connexos iratus carpere crines,
Nec duris auſim laedere pollicibus.
Ruſticus haec aliquis tam turpia proelia *quaerat,*
Cujus non hederae circuiere caput.

Reſpexiſſe Propertium ad Menandri fabulas

dicam an fabulam? tam certum eſt, quam quod certiſſimum. Quis non in verbis:

Nec tibi connexos iratus carpere crines,

τὴν Περικειρομένην agnoſcat? Aut cui non in mentem redeat ἡ Ῥαπιζομένη, legenti pentametrum:

Nec duris auſim laedere pollicibus?

Menandri etiam ſcenam redolent illa, *ſcindere de corpore veſtem*, περισχίζειν τὸ ἱμάτιον, περιῤῥηγνῦναι τὴν ἐσθῆτα, (Terent. Eunuch. IV. Scen. III. *Veſtem omnem miſerae diſcidit, tum ipſam capillo conſcidit;*) et *frangere fores praecluſas*, ἀράσσειν τὴν αὔλιον. Mores autem iſtorum hominum, qui, finito aliquo ſtipendio, per Graeciae civitates, Philemonis et Menandri aetate, vagantes, Baccho et Veneri litabant, Thraſonis, Polemonis, ac ſimilium, egregie repraeſentat *ruſticus, cujus non hederae circuiere caput.* Talem hominem Plutarchus vocat εὐπάρυφον, et ἀγροῖκον, Φορίνην παχεῖαν φέροντα, Tom. I. p. 98. ed. Steph. Sed omnem fere dubitationem tollunt *Dialogi Meretricii*, Luciano vulgo adſcripti, quos ex eodem fonte ductos eſſe dudum monuit Berglerus ad Alciphronem, octavus inprimis, et decimus quintus, ad Ῥαπιζομένην ſpectantes. Vix unum alterumve verbum, quod non expreſſerit imitando (Menandrum) Propertius, deprehendi-

Digitized by Google

mus in his Dialogi VIII. T. III. p. 299. Εἴ τις δὲ, ὦ Χρυσὶ, μήτε ζηλοτυπεῖ, μήτε ὀργίζεται, μήτε ἐῤῥάπισέ ποτε, ἢ περιέκειρεν, ἢ τὰ ἱμάτια περιέσχισεν, ἔτι ἐραστὴς ἐκεῖνός ἐστιν. Similem amatoris actum, ſed apertam januam obſervantis, caeterum plorantis, pulſantis, interfecturum ſe puellam minantis, veſtem diſcindentis, in altera Dialogi parte exponit Ampelis: ὑποθερμαινόμενος ἤδη τότε ὁ Δημόφαντος, καὶ αὐτὸς ἀναφλέγεται εἰς τὸ πρᾶγμα, καὶ ἐπιστάς ποτε, ἀνεῳγμένην τηρήσας τὴν θύραν, ἔκλαε, ἔτυπτεν, ἠπείλει φονεύσειν, περιερῥήγνυε τὴν ἐσθῆτα, ἅπαντα ἐποίει, καὶ τέλος τάλαντον δοὺς, μόνος εἶχεν ὀκτὼ ὅλους μῆνας. Redit tota diſputatio eo, ut perſuadeat Chryſidi, male habitae ab amatore, Ampelis, ſine ira, plagis et rixis frigere Venerem, *veri* haec eſſe ſigna *caloris*. Ναὶ ταῦτ' ἀνδρὸς θερμοῦ. ἐπεὶ τἄλλα, φιλήματα, καὶ δάκρυα, καὶ ὅρκοι, καὶ τὸ πολλάκις ἥκειν, ἀρχομένου ἔρωτος σημεῖον, καὶ φυομένου ἔτι. τὸ δὲ πῦρ ὅλον ἐκ τῆς ζηλοτυπίας ἐστίν. Hunc etiam locum eleganter, ſed mutatis perſonarum partibus, tractavit Propertius III. El. VIII.

Dulcis ad extremas fuerat mihi rixa lucernas,
Vocis et inſanae tot maledicta tuae.
Dum furibunda mero menſam procellis, *et in me*
Projicis inſana cymbia plena manu.
Tu vero noſtros audax invade capillos

Et mea formoſis unguibus ora nota.
Tu minitare oculos ſubjecta exurere flamma,
Fac mea reſciſſo pectora nuda ſinu.
Nimirum veri *dantur mihi* ſigna caloris:
Nam ſine amore gravi femina nulla dolet.

Lucianus: τί λέγεις ἀεὶ ῥαπίζειν με; — Οὐχὶ, ἀλλ' ἀνιᾶσθαι, εἰ μὴ πρὸς μόνον αὐτὸν βλέπεις. ἐπεὶ εἰ μὴ ἐρᾷ γε, τί ἂν ἔτι ὀργίζοιτο, εἰ σύ τινα ἕτερον ἐραστὴν ἔχοις; Summam totius orationis his verbis complexus eſt Propertius v. 33.

Aut tecum, aut pro te mihi cum rivalibus arma
Semper erunt: in te pax mihi nulla placet.

Ad eundem locum pertinet dialogus inter Meretricios XV. Hoc confirmare inprimis videtur diſtichon ſecundum:

Dum furibunda mero menſam procellis, *et* in me
Projicis *inſana* cymbia *plena manu.*

Idem enim feciſſe militem Aetolum, *magnum* Crocalae amatorem, Dinomachum, narrat Parthenis Dialog. XV. p. 352. Ὁ στρατιώτης ὁ Αἰτωλὸς ὁ μέγας, ὁ Κροκάλης ἐρῶν, ἐῤῥάπισέ με, αὐλήσασαν εὑρὼν παρὰ τῇ Κροκάλῃ, ὑπὸ τοῦ ἀντεραστοῦ αὐτοῦ Γύργου μεμισθαμένην, καὶ τούς τε αὐλοὺς μου συνέτριψε, καὶ τὴν τράπεζαν μεταξὺ δειπνούντων ἀνέτρεψε, καὶ τὸν στέφανον ἐξέχεεν ἐπεισπαίσας, ſive, quae mea eſt conjectura, ἐπισείσας, vibrans, *projiciens.* Philemon Fragm. p. 119. Bentl.

— ἐπειδὴ δ' ἡ Ῥόδη
Κυμβίον ἀκράτου κατασείσειχ' ὑμῖν ἄνω.

En alteram Cynthiam! — Fores etiam perfregerat Dinomachus cum suis, ut mox refert Parthenis: ἐν τοσούτῳ δὲ κτύπος ἠκούετο, καὶ βοὴ, ἡ αὔλιος ἠράσσετο, καὶ μετὰ μικρὸν ἐπεισέπαισαν ὅσον ὀκτὼ νεανίσκοι μάλα καρτεροί.

Nec mea praeclusas fregerit ira fores.

Haec tamen in diversis comoediis peragi potuisse, largior. Sed unam modo fabulam fuisse τὴν Περικειρομένην atque τὴν Ῥαπιζομένην, in eaque militem simul fores perfregisse, et capillos carpsisse, et puellam verberasse, hoc ut credam, non Agathiae solum et Propertii, sed Tibulli etiam me movet auctoritas, quo nemo elegantius et accuratius argumentum fabulae, de qua agimus, expressit I. El. X. 49.

Pace bidens vomerque vigent: at tristia duri
Militis in tenebris occupat arma situs.
Rusticus e lucoque vehit, male sobrius ipse
Uxorem plaustro progeniemque domum.
Sed Veneris tunc bella calent; scissosque capillos
Femina perfractas conqueriturque fores.
Flet teneras subtusa genas; sed victor et ipse
Flet, sibi dementes tam valuisse manus.
At lascivus Amor rixae mala verba ministrat
Inter et iratum *lentus utrumque sedet.*

Haec non domestica, sed peregrina esse, et trans mare petita, per se probabile erat. Nunc res extra omnem dubitationis aleam posita videtur. Notandum inprimis illud: *sed victor et ipse Flet, sibi dementes tam valuisse manus.* E contextu orationis colligas, haec locum habuisse in Ῥαπιζομένῃ, tanquam peculiari et a Περιπειρομένῃ diversa fabula. Sed refragatur huic sententiae Philostratus, qui talem palinodiam cecinisse Polemonem in Περιπειρομένῃ, disertis verbis narrat Epistol. XXVI. p. 904. ed. Olear. Οὔτε ὁ τοῦ Μενάνδρου Πολέμων καλὸν μειράκιον περιέπειρεν, ἀλλ' αἰχμαλωτοῦ μὲν ἐρωμένης κατεστόλμησεν ἁρπάσαι, ἣν οὔτε αὐτὸς ἀποκείρας ἠνέσχετο· καλαὶ εἰ γοῦν καὶ πεσοῦν καὶ μεταγνώσει τῷ φόνῳ τῶν τειχῶν. Quodsi igitur, quae nostra est sententia, non diversae fuerunt istae fabulae, sed diversi modo ejusdem comoediae tituli, Philostratus minime discedit a Tibullo, sed admirabili quodam concentu cum eo conspirat. Quae media inter *scissos capillos*, et, *Flet teneras subtusa genas*, interjecta sunt verba:

Femina perfractas conqueriturque fores,

ea quis credat ad aliam comoediam spectare? Sed pentametrum hunc arctius etiam, quam vulgata, cum *scissis capillis* copulat memorabilis Corvin. lectio:

— — *ſciſſisque capillis*

Femina perfractas eſſe ſores queritur, de qua vide accurate diſputantem doctiſſimum interpretem Obſerv. p. 92. ed. II. Idem recte, quam Scaliger repoſuerat, lectionem *ſuffuſa* v. 55. rejecit. Femina *teneras ſubtuſa genas*, eſt Menandri Ῥαπιζομένη, ſciſſis ſimul capillis fores perfractas eſſe querens. Admiremur autem ingenium Tibulli, hunc etiam locum ſumma cum ſuavitate tractantis, et in rem ſuam convertentis. Ipſe militatum abiturus, a quo negotio mores humaniſſimi poetae maxime abhorrebant, primum quidem perſonae militis convenienter, (ut Polemon alter, nova ſtipendia meriturus) inter pacis commoda refert iſta *Veneris bella ferocia*; mox tamen reſipiſcens et hanc quoque ferociam deteſtans, addit:

Ah lapis eſt ferrumque, ſuam quicunque puellam
Verberat; *e coelo deripit ille deos.*
Sit ſatis, e membris tenuem reſcindere veſtem
Sit ſatis, ornatus diſſoluiſſe comae:
Sit lacrymas moviſſe ſatis; quater ille beatus,
Quoi tenera irato *ſiere puella poteſt.*
Sed manibus qui ſaevus erit, ſcutumque ſudemque
Is gerat, *et miti ſit procul a Venere.*
At nobis, Pax alma, veni, ſpicamque teneto;
Perpluat et pomis candidus ante ſinus.

Non videmus, Tibullum egregie confirmare,

quod propositum a nobis est, Menandrum haec omnia una eademque fabula peregisse? Satis est, vestem rescindere, ornatus comae dissolvere, lacrymas movere; sed verberare puellam, et capillos ejus carpere, militis est, ab omni humanitatis sensu alieni. Idem igitur existimandum de hoc loco Ovidii A. A. III. 565.

Ille vetus miles sensim et sapienter amabit;
Multaque tironi non patienda feret.
Nec franget postes, nec saevis ignibus uret;
Nec dominae teneras appetet ungue genas.
Nec scindet tunicasve suas tunicasve puellae:
Nec raptus flendi causa capillus erit.

Sed ut rem ad liquidum confessumque perducamus, in scenam tandem producenda est puella Ῥαπιζομένη, quae *fingitur*, Ovidii, Amor. I. El. VII.

Adde manus in vincla meas, meruere catenas,
Dum furor omnis abit, si quis amicus ades,
Nam furor in dominam teneraria brachia movit.
Flet mea vesana laesa puella manu.

Tunc ego vel caros potui violare parentes:
Saeva vel in sanctos verbera ferre Deos.—
Ergo ego digestos potui laniare capillos:
Nec dominam motae dedecuere comae? —

Nonne satis fuerat timidae inclamasse puellae,
Nec nimium rigidas intonuisse minas?
Aut tunicam summa deducere turpiter ora
Ad mediam? *mediae zona tulisset opem.*
At nunc sustinui, raptis a fronte capillis,
Ferreus ingenuas ungue notare genas. —
Ter tamen ante pedes volui procumbere supplex:
Ter formidatas repulit illa manus.
At tu, ne dubita, *minuet vindicta dolorem*,
Protinus in vultus unguibus ire meos.
Nec nostris oculis, nec nostris parce capillis.
Quamlibet infirmas adjuvet ira manus.

Quae leviter et quasi praetereuntes attigerunt Tibullus et Propertius, ea omnia, uno carmine complexus, peculiariter exposuit Ovidius. Ista enim sententiarum, verborum etiam similitudo, nonne testatur, cuncta ex eodem fonte profluxisse? Tibullus dixerat: *Suam quicunque puellam Verberat, e coelo decipit ille deos.* Hoc Ovidius ita exprimit: *Tunc potui — Saevâ vel in sanctos verbera ferre deos.* Inprimis autem hoc animadverti velim, Ovidium haud aliter, quam Propertium ac Tibullum, raptis a fronte capillis statim subjungere genas ungue notatas, eandemque ante

pedes procumbere, re commissa, supplicem, ut Polemon apud Menandrum κλαίει καταπεσὼν καὶ μετανοοῦσι, teste Philostrato, cui adsentitur Tibullus. Postremi denique Naſonis versus, qui egregie respondent loco Propertii III. El. VIII. v. 5 — 7. quem supra descripsimus, inclinant animum, ut credam, talem fuisse Polemonis apud Menandrum orationem, posteaquam ad sanam mentem rediisset, et genibus puellae supplex accidisset. Argumentum enim fabulae hoc fuisse videtur: Polemon puellam, bello captam, secum abduxerat Athenas. Eam quum aliquando domi non invenisset, forte ad convivium aliquod invitatam, eo properat statim homo ζηλότυπος, fores effringit, puellam verberat, vestem ejus rescindit, crines carpit. Mox se injuriam fecisse innocenti intelligens, ad genua flentis procumbit, plorat, tondendum se verberandumque praebet, donec tandem coiret gratia male facta:

At lascivus Amor rixae mala verba ministrat,
Interea iratum lentus utrumque sedet.

Haec igitur quum satis probabilia mihi videantur, vereor, ne doctissimus Boettiger in praeclara disputatione de Menandri fabulis ad Terentii Eunuch. p. 59. seq. auctoritati virorum praestantissimorum, Wesselingii ac Tou-

pii plus tribuerit, quam res et veritas patiatur. Idem fere accidit Fabricio, pressius insistenti vestigiis Josephi Scaligeri, qui epigramma Agathiae Scholastici hoc modo vertit, Opusc. Var. p. 237.

Quod Polemo ille facit, Glyceres *qui* conjugis *aufert*
In Thymela crines, docte Menandre, tua.
Hoc novus instituit Polemo meus. Ille Rhodanthes
Audaci cultas abstulit ungue comas.
Criminibus Tragicis mutavit Comica gesta,
Inflixit teneraę verbera saeva cuti.

Ah scelus indignum! *Nostros miserata dolores*
Quod tantum admisit turpe puella nefas?
Proh dolor. Exsculpensque oculos radicitus ambo
Invidiae informes duxit in ore notas.
Si tamen is fuerit Misumenos: *ast ego contra*
Dyscolos, *aspiciens nos* Periciromenen.

Haec versio mirum in modum discedit a graeco exemplo. Ac primum quidem satis apparet, Scaligerum, mutata lectione vulgata v. 2. γλυκεροὺς πλοκάμους, in qua et alius offendere possit, legisse:

Κείραντα Ἑλυκέρας τῆς ὀλέχου πλοκάμους.

Quod arripuisse videtur Fabricius, Bibl. Gr. Vol. II. p. 467. ed. Harles. ubi haec scribit: „Πολέμων, Philostr. Epist. 26. (Meursii ed. 15.) Agathias in epigrammate Lib. VII. Anthol. p. 588. latina versio Jos. Scaligeri: *Quod Polemo ille facit, Glyceres qui conjugis aufert.*

in Thymela crines, docte Menandre, tua. Eadem comoedia Menandri fuisse videtur, quam supra memorabam, Γλυκέρα. Satis probasse nobis videmur, nullam Menandrum fabulam docuisse, *Polemonis* nomine inscriptam, sed hanc personam pertinere ad Περικειρομένην, sive Ῥαπιζομένην. Reliquum est, ut demonstremus, diversa etiam dramata fuisse Γλυκέραν, et Ῥαπιζομένην, (sive, Περικειρομένην) ne quis, Scaligeri auctoritate abusus, duplicem hanc confundat comoediam, et unam modo ejusdemque argumenti fabulam fuisse arbitretur. Sed haec facilis est defensio! Inter Alciphronis Epistolas una extat Glycerae (Lib. II. ep. IV.) ad Menandrum scripta, qua id, quod volumus, optime comprobatur. Leguntur ibi inter alia haec: ὥστε πειρῶ μᾶλλον, ἐμὴ φιλότης, θᾶσσον εἰς ἄστυ παραγενέσθαι, ὅπως εἴ γε μεταβουλεύσαιο τῆς πρὸς βασιλέα ἀφίξεως, ἔχῃς εὐτρεπισμένα τὰ δράματα ἐξ αὐτῶν ἃ μάλιστα ῥνῆσαι δύναται Πτολεμαῖον καὶ τὸν αὐτοῦ Διόνυσον, οὐ δημοκρατικὸν ὡς οἶσθα· εἴτε Θαΐδας, εἴτε Μισούμενον, εἴτε Θρασυλέοντα, εἴτε Ἐπιτρέποντας, εἴτε Ῥαπιζομένην, εἴτε Σικυώνιον. Mox addit Glycera: πάντως δέομαι, Μένανδρε, κἀκεῖνο παρασκευάσασθαι τὸ δρᾶμα, ἐν ᾧ μὲ γέγραφας. Dubitari non potest, quin hic significetur Fabula, Γλυκέρα, quam memoravit Priscianus,

plane illa diversa a Ῥαπιζομένῃ. quo sponte efficitur hoc, Scaligeri emendationem, facilem caeteroquin atque elegantem, hactenus modo probandam esse, si ponamus, Menandrum Glycerae nomen pluribus comoediis intexuisse.

Turbas istas in Fabula graeca excitaverat ἡ ζηλοτυπία. Eadem ad simile facinus perpetrandum adegit Polemonem alterum, de quo loquitur Agathias Scholasticus. In verbis adeo, Ζηλομανὲς τὸ κόλασμα, totius epigrammatis cardo vertitur. Vim hujus sententiae minime assecutus est Scaliger, vertens: *Ah scelus indignum!* Sed hic levis est prae alio hujus versionis naevo. Posteaquam narrasset Agathias, Polemonem suum, zelotypiae oestro agitatum, verberasse conjugem, neque crinibus ejus pepercisse, poenam commemorat omnium gravissimam, amatori certe intolerabilem:

Σχέτλιος ἀμφοτέρους δὲ διέτμαγε, μέχρι καὶ αὐτοῦ
Βλέμματος ἐνστήσας αἴθοπα βασκανίην.

Quid igitur fecit iratus ille? Si Scaligerum audimus, hic minime audiendum,

——— *Exsculpens oculos radicitus ambo*
Invidiae informes duxit in ore notas.

Quod nollem excidisset viro magno. Fieri potest, ut Menandri Polemon *minitatus* sit, *oculos* puellae *subiecta exurere flamma*, quod legimus apud Propertium, aut ut, meliora

edoctus, se ipsum talī poena dignum habuerit, quod immit Ovidius, dicens, *Nec nostris oculis, nec nostris parce capillis.* „In oculos autem maxime saevire feminas, et tragoediae fere omnes et comoediae protestantur," ut verbis utar Donati ad Eunuch. IV. Scen. VI. 2. *oculi illico effodientur.* Sed hae meraे fuerunt minae atque exsecrationes. Neque eo invidiae ac furoris progressus est Polemon Agathiae Scholastici, ut conjugis exsculperet oculos radicitus ambo, sed, concludens eam, et oculis hominum subducens, effecit, ut ambo amantes vel mutui adspectus voluptate ac fructu privarentur. Hoc dudum vidit Grotius, cujus elegantissimam versionem corollarii loco adponam:

Antiquo Polemoni, facit quem scena Menandri
Uxoris teneras dissecuisse comas,
Alter idem fecit Polemon, pulchraeque Rhodanthes
Abripuit crines vertice saeva manus.
Comica res fuerat: tragicos superaddidit ausus,
Femineam flagris nam scidit ille cutem.
Trux facinus, quid enim tantum peccaverat illa,
Aerumnas fuerat si miserata meas? ——
Nos quoque divisit, ferus ille, nec ora tueri
Mutua fert: *tantus pectora livor habet.*
Verum est ille tamen Mitumenos, *at ego certe*
Dyscolos, *heu segrex a* Periciromene, ——

EPIGRAMMATA

ANTHOLOGIAE GRAECAE

MAXIMAM PARTEM INEDITA.

Digitized by Google

Digitized by Google

I.

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς Κόροιβον, οὗ μέμνηται Καλλίμαχος ἐν ἀ Αἰτίων.

Κοινὸν ἐγὼ Μεγαρεῦσι καὶ Ἰναχίδεσσιν ἄθυρμα
Ἵδρυμαι Ψαμάθης ἔκδικον οὐλομένης.
Εἰμὶ δὲ Κὴρ τυμβοῦχος· ὁ δὲ κτείνας με Κόροιβος.
Κεῖται δ' ὧδ' ὑπ' ἐμοῖς ποσσὶ διὰ τρίποδα.
Δελφοῖς γὰρ Φάμα τόδ' ἐθέσπισεν, ὄφρα γενοίμαν
Τᾶς κείνου νύμφας σῆμα καὶ ἱστορίης.

Cod. Vatican. p. 228. Suidas in v. *Κόροιβος*, ὄνομα κύριον. καὶ μωρός τις μετρῶν τὰ κύματα. Καλλίμαχος· τὸν ὄγδοον ἅπτε Κόροιβον. ὅτι Βουταλίων καὶ Κόροιβος καὶ Μελιτίδης ἐπὶ μωρίᾳ διεβέβληντο. Ἀριστοφάνης. Vide Schol. ad Aristophanis Ran. v. 1022. Callimachi Fragment. CCCVII. quod ad Αἴτια hujus poetae referendum esse, ex lemmate epigrammatis colligere licet. Sed eodem jure referri illud potest ad Ibin Callimachéam propter locum Ovidii Ib. v. 575. sq. Coroebi apud veteres scriptores inprimis commemorantur tres, genere illi, moribus ac rebus gestis valde inter se

diſcrepantes, Eléus, Phryx, Argivus. De Coroebo Eléo haec narrat Euſtathius ad Il. Λ. p. 879. ed. Rom. ὅτι δὲ καὶ τὰ ἐν τῷ καταλόγῳ μνημονευθέντα Ὀλύμπια οὐκ ἀεὶ μεγάλους τινὰς εἶχεν ἀγωνιζομένους, δῆλοῖ ὁ πρῶτος τὸν Ὀλυμπιάσιν ἀναδησάμενος ἀγῶνα Κόροιβος ὁ Ἠλεῖος, οὐ μεγάλης τέχνης ἄνθρωπος ὤν, ἀλλὰ μάγειρος, ὡς ἐν τοῖς τοῦ Ἀθηναίου κεῖται. Athen. Lib. IX. c. 7. p. 386. B. Vide Scaliger. ad Euſeb. p. 256. — Magnam nominis celebritatem nactus eſt Coroebus Phryx, Mygdonis, ut fertur, filius, vir, ſecundum Virgilium, manu fortis, idemque, Ulyſſis inſtar, verſutus, qui, Caſſandrae amore incenſus, quum auxilio veniſſet Priamo, Graecis urbem jam obtinentibus, omniaque ferro et igne devaſtantibus, auctor fuit Trojanis, ut clipeos mutarent, Danaumque inſignia ſibi aptarent. Nam dolus, inquit, (Virgil. Aen. II. 390.)

— *dolus an virtus, quis in hoſte requirat?*

Huc pertinet locus Suidae in v. Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον. — καὶ αὖθις· τὸν Κόροιβον Ὀδυσσέα φήσας εἶναι τὸν πολύτροπον. Qui vero factum ſit, ut hujus viri nomini ſtultitiae nota inureretur, incertum eſt. Ad hunc enim reſpiciunt, de Coroebo *ſtulto* loquentes, ſcriptores. Acceptum hoc fortaſſe referendum eſt Euphorioni, qui, ſi recte intelligimus Ser-

vium ad Aeneid. II. 341. primus vecordiae personam ei imposuit. Vide Heynii Excurs. X. Eustathius ad Od. K. p. 1669. καὶ Κορυβούς τινας ἀποσκώπτομεν, μαθόντες τινὰ Κόροιβαν εὐήθη, Μυγδόνα, Φρύγα τὸ γένος, ὕστατον τῶν ἐπικούρων ἀφικομένων τῷ Πριάμῳ δι' εὐήθειαν. — Sed hic primo loco nominandus erat

— — *armorum praestantis animique Coroebus*

Argivus, nobilitatus praeclara facinore, de quo agit epigrammatis auctor. Hanc fabulam pauci Mythologi attigerunt. Pausania et Papinio Statio, nemo accuratius eam persecutus est. Hos igitur inter se, utrumque cum Ovidio et epigrammate graeco comparemus, ut quomodo haec fabula paullatim sit conversa, eo magis appareat. Pausanias Attic. c. XLIII. p. 105. Ἔστι δὲ Μεγαρεῦσι καὶ Κορυβοῦ τάφος· τὰ δὲ ἐς αὐτὸν ἔπη καινὰ ὁμῶς τοῖς Ἀργείων, ἐνταῦθα δηλώσω. Ἐπὶ Κροτώπου λέγουσιν, ἐν Ἄργει βασιλεύοντος, Ψαμάθην τὴν Κροτώπου τεκεῖν παῖδα ἐξ Ἀπόλλωνος· ἐκκομένην δὲ ἰσχυρῶς τοῦ πατρὸς δείματι τὸν παῖδα ἐκθεῖναι. Καὶ τὸν μὲν διαφθείρουσιν ἐπιτυχόντες ἐκ τῆς ποίμνης κύνες τῆς Κροτώπου. Pueri nomen reticetur a Pausania et Statio. Ovidius cum aliis Linum vocat Ibi. v. 480.

Quique Crotopiaden diripuere Linon.

Vide Valckenar. ad Callimachi Fragm. p. 285.

Apud Statium Theb. I. 578. non exponit puerum Pſamathen, ſed, quod tamen nullum fere eſt diſcrimen,

— *poenae metuens* (*neque enim ille coactis*
Donaſſet thalamis veniam pater) *avia rura*
Eligit, ac natum ſepta inter ovilia furtim
Montivago pecoris cuſtodi mandat *alendum.*

Euripides in fragmento Melanippes apud Dionyſ. Halic. Arte Rhetor p. 103. (Valckenar. Diatr. p. 183.)

εἰ δὲ παρθένος
Φθαρεῖσά γ' ἐξέθηκεν εἰς βουφόρβια
Φοβουμένη τὸν πατέρα, σὺ δράσεις φόνον;

Pergit Statius, interpoſitis tamen aliquot verſibus, quos deſcribere nihil attinet, v. 586.

— — — — *ſed fata nec illum*
Conceſſere luem, viridis nam ceſpite terrae
Projectum tenuere, et patulo coelum ore trahentem
Dira canum rabies morſu depaſta cruento
Diſſicit.

Lino a canibus dilacerato, Apollo in Argivorum civitatem immiſit, quam Pauſanias vocat, Ποινήν. — Ἀπόλλων δὲ Ἀργείοις ἐς τὴν πόλιν πέμπει Ποινήν. ταύτην τοὺς παῖδας ἀπὸ τῶν μητέρων φασὶν ἁρπάζειν· ἐς δὲ Κύρβεις ἐς χάριν Ἀργείοις φονεύει τὴν Ποινήν. Aliam publicae hujus calamitatis cauſam adfert Statius, violentam nempe Pſamathes mortem, a patre filiae illatam v. 594.

— — — — *nec motus. at atro*
Imperat, infandum! cupientem occumbere leto.
Mortis etiam genus notavit Scholiastes apud Barthium, ad marginem codicis scribens, *Psamathen a Crotopo vivam fuisse defossam:* quod confirmat Ovidius lib. v. 573.
Utque patrem Psamathes condat te Phoebus in ima
Tartara, quod natae fecerat ille suae.
Inque tuos ea Pestis *erat, quam dextra Coroebi*
Vicit, opem miseris Argolicisque tulit.
Ovidii locus quin e Callimachi vel Ibide vel Aitiois fit derivatus, dubitari vix potest. Hic igitur primus dixisse videtur, Crotopum etiam poenas dedisse Apollini, cujus rei neque apud Pausaniam, neque apud Statium ulla fit mentio. Caeterum Ποινην illam quomodo repraesentet Statius, non est praetereundum vi. 596.

— monstrum *infandis Acheronte sub imo*
Conceptum Eumenidum thalamis: cui virginis ora
Pectoraque, aeternum stridens a vertice surgit
Et ferrugineam frontem discriminat anguis.
Haec tam dira Lues *nocturno squallida passu*
Illabi thalamis, animasque a stirpe recentes
Abripere altricum gremiis, morsuque cruento
Devexi, et multum patrio pinguescere luctu.
Haud tulit armorum praestans, animique Coroebus —

Haec omnia poetarum recentiorum ingeniis deberi, et priscam illam Κῆρα, in Corocbi sepulcro positam, nihil monstri simile habuisse arbitror. Sed de hac re Pausanias tacet. Qui sequitur locus, Φονεύσας δὲ (οὐ γὰρ ἀνίει σφᾶς δευτέρα ἐπιπεσοῦσα νόσος λοιμώδης) Κόραιβος ἐκὼν ἦλθεν ἐς Δελφούς, ὑφέξων δίκας τῷ θεῷ τοῦ φόνου τῆς Πυθῆς: hic igitur locus prorsus egregie tractatus est a Statio, qui, si a paucis, inprimis ab ornatu poetico discesseris, (cf. Homer. Il. A. 44. sq.) optime cum Pausania consspirat, ut ex eodem fonte hausisse videatur. Jam mandatum, Corocbo a Pythia datum, quod pro fine carminis sui omisit poeta latinus, hoc est: ἐς μὲν δὴ τὸ Ἄγρος ἀναστρέφειν οὐκ εἶα Κόραιβον ἡ Πυθίη, τρίποδα δὲ ἀράμενον φέρειν ἐκέλευεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, καὶ ἔνθα ἂν ἐκπέσῃ οἱ φέροντι ὁ τρίπους, ἐνταῦθα Ἀπόλλωνος οἰκοδομῆσαι ναὸν, καὶ αὐτὸν οἰκῆσαι. Καὶ ὁ τρίπους κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν Γερανίαν ἀπολιασθὲν, ἔλαθεν αὐτοῦ ἐκπεσών· καὶ Τριποδίσκους κώμην ἐνταῦθα οἰκίσαι. Callimachus non vicum, sed urbem dixerat Tripodiscos in libro Αἰτίων haud dubie *primo*, monente Stephano Byz. in v. Τριποδίσκοι: — Καλλίμαχος δ' ἐν Αἰτίων πόλιν αὐτὴν εἶναι φησὶ. Sequitur nunc descriptio tumuli, de quo longe aliter refert Pausanias, atque is, qui epigramma fecit, auctor incertus, magno ut sit

argumento, hoc et ſimilia Anthologiae graecae carmina, quae opera artium adſpectabilia exponunt, meros eſſe ingenii luſus. — Κορυβίῳ δέ ἐστι τάφος ἐν τῇ Μεγαρέων ἀγορᾷ· γέγραπται δὲ ἐλεγεῖα τὰ ἐς Ψαμάθην, καὶ τὰ ἐς αὐτὸν ἔχοντα Κόροιβον. Καὶ ἰὴ καὶ ἐπίθημά ἐστι τῷ τάφῳ Κόροιβος Φονεύων τὴν Ποινήν. τούτων ἀγάλματα παλαιότατα ὁπόσα λίθου πεποιημένα ἐστὶν Ἕλλησιν, ἰδὼν οἶδα. Hanc narrationem prorſus diſcedere ab argumento epigrammatis graeci, nemo non intelligit. Nimirum auctor nullum omnino ſignum ante oculos habuit, ſed uſus unice, quod lemma etiam declarat, Callimachi poemate, inde carmen confecit, aptum quidem fabulae, ab Alexandrino poeta immutatae, non hiſtoriae, quam ſecutus eſt Pauſanias. — Nunc verba ipſa paulo accuratius examinemus*).

In lemmate Cod. Vaticanus exhibet, εἰς Κόρυβον. Ita hoc nomen alibi etiam ſcribitur. Etym. M. laudat fragmentum Incerti in v. Δασπλῆτις, ἡ Ἐριννύς. καλὸν δασπλῆτα Κόρυβος, ſi lectio vera eſt. Vide Sylburgii

*) Hac opera fortaſſe ſupersedere poſſem, ſi ad manus eſſent commentarii, gallice ſcripti, *le Magaſin encyclopédique*, ubi editum eſſe hoc epigramma a doctiſſimo Cliardeno, accepimus.

Notas ad v. Μελιτίδης p. 54. et de fragmento illo Ruhnkenii Ep. Crit. II. p. 156. Uſitatior ſcriptura eſt Κόροιβος, quam revocavimus.

Vers. 1. Ἰναχίδαισιν reponebat Ruhnkenius. Ἄθυρμα h. l. eſt ſtatua, ſignum in tumulo poſitum, quam verbi ſignificationem non praetermiſit Suidas in v. A. καὶ ἐν ἐπιγράμματι.

Πανὶ δέ μιν ξέσσαντες ὁδῷ ἔπι καλὸν ἄθυρμα
Κάτθεσαν.

ἀντὶ τοῦ ἄγαλμα. Vide Hemſterhuſium ad Lucian. T. I. p. 291. — Verſum tertium commemoravit Suidas, non ſine aliqua lectionis varietate, in v. Κὴρ, ἡ ψυχή. καὶ ἡ θανατηφόρος Μοῖρα. — Κὴρ δὲ ἡ ψυχή. διότι διὰ πυρός ἐστι. τὸ γὰρ ἔμψυτον θερμόν, τοῦτο ψυχή.

Εἰμὶ δὲ κὴρ τυμβοῦλος. ὁ δὲ κτείνας με κόροιβος.

Ita locus legitur, ſive verba ſpectes, ſive accentus, in Edd. quas viderim, omnibus. Kuſterus inde fecit, et in textum adeo recepit:

Εἰμὶ δὲ κὴρ Τυμβούλου. ὁ δὲ κτείνας με Κόροιβος.

Quod quid ſit, nemo facile dixerit. Unice vera eſt Codicis Vaticani, nunc Pariſini, lectio, Κὴρ τυμβοῦχος, *tumulum obtinens*, ſervans. Cujus generis compoſita ubique occurrunt, ut κληροῦχος, μηλοῦχος, πεμπουῦχος, κερουῦχος, *cerruchus*, Valer. Flac. I. 469. Nomen etiam

Κόροιβος h. l. ita exaratum est in codice, non Κόρυβος.

Ultimum epigrammatis distichon extat apud Suidam v. Δελφοί. τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος. — καὶ Δελφὶς, ἡ Δελφικὴ, τοῦ Ἀπόλλωνος.

Δελφὸς γάρ Φάμα τόὰ' ἐθέσπισεν, ὄφρα γενοίμαν
Τᾶς κείνου νύμφας σᾶμα καὶ ἱστορίη.

Lectio ἱστορίη praeferenda videtur alteri, ἱστορίης. In re tamen incerta nihil equidem definio, dialectum etiam, quae sibi non constat in hoc carmine, intactam relinquens. Sed audiamus Heynium, virum in omni judicio elegantissimum, qui de isto epigrammate haec ad me scribebat: „Nulla Pausaniae aut alterius ratione habita, videndum est ex bonae interpretationis praeceptis primo loco, quid ipsa verba suppeditent. Ex his apparet, Coroebi sepulcro seu tumulo impositum fuisse signum Κηρὸς, factum hoc esse responso Delphis accepto, ad Psamathes memoriam servandam. Κὴρ pro Ποινὴ loquitur; signum tumulo impositum communi consilio Argivorum et Megarensium: ἄσυρμα est ἄγαλμα, quae notio saepe in epigrammatibus occurrit. Psamathe οὐλομένη puto esse *miseranda*, ὑπ' ἐμοῖς ποσσὶ, in tumulo, Ὄφρα γενοίμην τῆς κείνου νύμφης σῆμα καὶ ἱστορίη, haud dubia legendum

est ex Suida. Unde enim repente Dorica forma? Nisi, quod verum esse censco, totum epigramma dorice fuit exaratum. De Κὴρ τυμβοῦχος nemo dubitabit. Jam praescriptum est, ad Callimachum respexisse poetam. Nil mirum, si ea fabula diverso modo fuit tractata, sique adeo cum Pausania non convenit. Scilicet nihil commune cum eo habet, nec est epigramma illud, quod sepulcro inscriptum erat, sed ingenii lusus."

II.

ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Κρὴς Ἄλκων Διὸ .... Φοίβῳ στέφος Ἰσθμὶ ἑλὼν πύξ.

Legitur hic versus inter epigrammata miscellanea quatuor foliorum, quae Codici Vaticano agglutinata sunt. — Simonidi etiam tribuitur p. 233. hexameter,

Σᾶμα τόδε Σπινθῆρι πατὴρ ἐπέθηκε θανόντι.

Praeterea in margine Codicis p. 245. hoc extat distichon:

Εἰς Βρόταχον Σιμωνίδου.

Κρὴς γενεὰν Βρόταχος Γορτύνιος ἐνθάδε κεῖμαι,
Οὐ κατὰ τοῦτ' ἐλθὼν, ἀλλὰ κατ' ἐμπορίην.

Adscripsit librarius, τοῦτο δισσῶς κεῖται, qua Codicis pagina, nescio. — — Nomen Σπινθὴρ etiam legitur in Aristonis ep. I. Anal. T. II. p. 258. Ἄλκων in ep. IV. Gaetulici Anal. T. II. p. 167. de quo vide P. Leopardi Emendi p. 149.

III.

ΗΓΕΜΟΝΟΣ.

Εἰς τοὺς ἐκ Λακεδαίμονος, μετὰ Λεωνίδου χιλίους.

Εἴποι τις παρὰ τύμβον ἰὼν ἀγέλαστος ὁδίτας
Τοῦτ' ἔπος· ὀγδώκοντ' ἐνθάδε μυριάδας
Σπάρτας χίλιοι ἄνδρες ἐπέσχον αἷμα τὸ Περσῶν
Καὶ θάνον ἀστρεπτεί. Δώριος ἁ μελέτα.

Cod. Vatic. p. 274. Ἡγέμονος. Hegemonis nomen alibi non occurrit in Anthologia graeca. Notus est Ἡγήμων Thasius, Comoediarum scriptor. Athen. Lib. I. p. 5. B. καὶ Ἡγήμων ὁ Θάσιος, ὁ ἐπικληθεὶς Φακῆ, ὃν τζ

Haec omnia poetarum recentiorum ingeniis deberi, et priſcam illam Κῆρα, in Corocebi ſepulcro poſitam, nihil monſtri ſimile habuiſſe arbitror. Sed de hac re Pauſanias tacet. Qui ſequitur locus, Φονεύσας δὲ (οὐ γὰρ ἀνίει σφᾶς δευτέρα ἐπιπεσοῦσα νόσος λοιμώδης) Κόραιβος ἐκὼν ἦλθεν ἐς Δελφοὺς, ὑφέξων δίκας τῷ θεῷ τοῦ φόνου τῆς Πυθῆς: hic igitur locus prorſus egregie tractatus eſt a Statio, qui, ſi a paucis, inprimis ab ornatu poetico diſceſſeris, (cf. Homer. Il. A. 44. ſq.) optime cum Pauſania conſpirat, ut ex eodem fonte hauſiſſe videatur. Jam mandatum, Corocebo a Pythia datum, quod pro fine carminis ſui omiſit poeta latinus, hoc eſt: ἐς μὲν δὴ τὸ Ἄγκος ἀναστρέφειν οὐκ εἶα Κόραιβον ἡ Πυθία, τρίποδα δὲ ἀράμενον φέρειν ἐκέλευεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, καὶ ἔνθα ἂν ἐκπέσῃ οἱ φέροντι ὁ τρίπους, ἐνταῦθα Ἀπόλλωνος οἰκοδομῆσαι ναὸν, καὶ αὐτὸν οἰκῆσαι. Καὶ ὁ τρίπους κατὰ τὸ ὄρος τὴν Γερανίαν ἀπολιασθὲν, ἔλαθεν αὐτοῦ ἐκπεσών· καὶ Τριποδίσκους κώμην ἐνταῦθα οἰκίσαι. Callimachus non vicum, ſed urbem dixerat Tripodiſcos in libro Αἰτίων haud dubie *primo*, monente Stephano Byz. in v. Τριποδίσκος: — Καλλίμαχος δ' ἐν Αἰτίων πόλιν αὐτὴν εἶναι φησὶ. Sequitur nunc deſcriptio tumuli, de quo longe aliter refert Pauſanias, atque is, qui epigramma fecit, auctor incertus, magno ut ſit

Digitized by Google

argumento, hoc et similia Anthologiae graecae carmina, quae opera artium adspectabilia exponunt, meros esse ingenii lusus. — Κοροίβῳ δέ ἐστι τάφος ἐν τῇ Μεγαρέων ἀγορᾷ· γέγραπται δὲ ἐλεγεῖα τὰ ἐς Ψαμάθην, καὶ τὰ ἐς αὐτὰν ἔχοντα Κόροιβον. Καὶ δὴ καὶ ἐπίθημά ἐστι τῷ τάφῳ Κόροιβος Φονεύων τὴν Ποινήν. τούτων ἀγάλματα παλαιότατα ὁπόσα λίθου πεποιημένα ἐστὶν Ἕλλησιν, ἰδὼν οἶδα. Hanc narrationem prorsus discedere ab argumento epigrammatis graeci, nemo non intelligit. Nimirum auctor nullum omnino signum ante oculos habuit, sed usus unice, quod lemma etiam declarat, Callimachi poemate, inde carmen confecit, aptum quidem fabulae, ab Alexandrino poeta immutatae, non historiae, quam secutus est Pausanias. — Nunc verba ipsa paulo accuratius examinemus*).

In lemmate Cod. Vaticanus exhibet, εἰς Κόρυβον. Ita hoc nomen alibi etiam scribitur. Etym. M. laudat fragmentum Incerti in v. Δασπλῆτις, ἡ Ἐριννύς. καλὸν δασπλῆτα Κόρυβος, si lectio vera est. Vide Sylburgii

*) Haec opera fortasse supersedere possem, si ad manus essent commentarii, gallice scripti, *le Magasin encyclopédique*, ubi editum esse hoc epigramma a doctissimo Chardono, accepimus.

Notas ad v. Μελιτίδης p. 54. et de fragmento illo Ruhnkenii Ep. Crit. II. p. 156. Uſitatior ſcriptura eſt Κόροιβος, quam revocavimus.

Vers. 1. Ἰναχίδαισιν reponebat Ruhnkenius. Ἄθυρμα h. l. eſt ſtatua, ſignum in tumulo poſitum, quam verbi ſignificationem non praetermiſit Suidas in v. A. καὶ ἐν ἐπιγράμματι.

Παντὶ δέ μιν ξέσσαντες ὁδῷ ἔπι καλὸν ἄθυρμα
Κάτθεσαν.

ἀντὶ τοῦ ἄγαλμα. Vide Hemſterhuſium ad Lucian. T. I. p. 291. — Verſum tertium commemoravit Suidas, non ſine aliqua lectionis varietate, in v. Κὴρ, ἡ ψυχή. καὶ ἡ θανατηφόρος Μοῖρα. — Κὴρ δὲ ἡ ψυχή. διότι διὰ πυρός ἐστι. τὸ γὰρ ἔμψυτον θερμόν, τοῦτο ψυχή.

Εἰμὶ δὲ κὴρ τυμβοῦλος. ὁ δὲ κτείνας με κόροιβος.

Ita locus legitur, ſive verba ſpectes, ſive accentus, in Edd. quas viderim, omnibus. Kuſterus inde fecit, et in textum adeo recepit:

Εἰμὶ δὲ κῆρ Τυμβούλου. ὁ δὲ κτείνας με Κόροιβος.

Quod quid ſit, nemo facile dixerit. Unice vera eſt Codicis Vaticani, nunc Pariſini, lectio, Κὴρ τυμβοῦχος, *tumulum obtinens*, ſervans. Cujus generis compoſita ubique occurrunt, ut κληροῦχος, μηλοῦχος, πεμμοῦχος, κεροῦχος, *ceruchus*, Valer. Flac. I. 469. Nomen etiam

Κόροιβος h. l. ita exaratum est in codice, non Κόρυβος.

Ultimum epigrammatis distichon extat apud Suidam v. Δελφοί. τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος. — καὶ Δελφὶς, ἡ Δελφικὴ, τοῦ Ἀπόλλωνος.

Δελφὸς γάρ φάμα τόδ' ἐθέσπισεν, ὄφρα γενοίμαν
Τᾶς κείνου νύμφας σῆμα καὶ ἱστορίη.

Lectio ἱστορίη praeferenda videtur alteri, ἱστορίης. In re tamen incerta nihil equidem definio, dialectum etiam, quae sibi non constat in hoc carmine, intactam relinquens. Sed audiamus Heynium, virum in omni judicio elegantissimum, qui de isto epigrammate haec ad me scribebat: „Nulla Pausaniae aut alterius ratione habita, videndum est ex bonae interpretationis praeceptis primo loco, quid ipsa verba suppeditent. Ex his apparet, Coroebi sepulcro seu tumulo impositum fuisse signum Κηρὸς, factum hoc esse responso Delphis accepto, ad Psamathes memoriam servandam. Κὴρ pro Ποινὴ loquitur; signum tumulo impositum communi consilio Argivorum et Megarensium: ἄσυρμα est ἄγαλμα, quae notio saepe in epigrammatibus occurrit. Psamathe οὐλομένη puto esse *miseranda*. ὑπ' ἐμοῖς ποσσὶ, in tumulo. Ὄφρα γενοίμην τῆς κείνου νύμφης σῆμα καὶ ἱστορίη, haud dubia legendum

est ex Suida. Unde enim repente Dorica forma? Nisi, quod verum esse censeo, totum epigramma dorice fuit exaratum. De Κὴρ τυμβοῦχος nemo dubitabit. Jam praescriptum est, ad Callimachum respexisse poetam. Nil mirum, si ea fabula diverso modo fuit tractata, sique adeo cum Pausania non convenit. Scilicet nihil commune cum eo habet, nec est epigramma illud, quod sepulcro inscriptum erat, sed ingenii lusus."

II.

ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ.

Κρὴς Ἄλκων Διὸ .... Φοίβῳ στέφος Ἰσθμὶ ἑλὼν πύξ.

Legitur hic versus inter epigrammata miscellanea quatuor foliorum, quae Codici Vaticano agglutinata sunt. — Simonidi etiam tribuitur p. 233. hexameter,

Σᾶμα τόδε Σπινθῆρι πατὴρ ἐπέθηκε θανόντι.

Praeterea in margine Codicis p. 245. hoc extat distichon:

Εἰς Βρόταχον Σιμωνίδου.

Κρὴς γενεὰν Βρόταχος Γορτύνιος ἐνθάδε κεῖμαι,
Οὐ κατὰ τοῦτ' ἀλθών, ἀλλὰ κατ' ἐμπορίην.

Adscripsit librarius, τοῦτο δισσῶς κεῖται, qua Codicis pagina, nescio. — — Nomen Σπινθὴρ etiam legitur in Aristonis ep. I. Anal. T. II. p. 258. Ἄλκων in ep. IV. Gaetulici Anal. T. II. p. 167. de quo vide P. Leopardi Emendd. p. 149.

III.

ΗΓΕΜΟΝΟΣ.

Εἰς τοὺς ἐν Δακεδαίμονος μετὰ Λεωνίδου χιλίους.

Εἶποτ τις παρὰ τύμβον ἰὼν ἀγέλαστος ὁδίτας
Τοῦτ' ἔπος ἀγδύκουτ' ἐνθάδε μυριάδας
Σπάρτας χίλιοι ἄνδρες ἐπέσχον αἷμα τὸ Περσῶν
Καὶ θάνον ἀστρεπτεί. Δώριος ἁ μέλετα.

Cod. Vatic. p. 274. Ἡγέμονας. Hegemonis nomen alibi non occurrit in Anthologia graeca. Notus est Ἡγήμων Thasius, Comoediarum scriptor. Athen. Lib. I. p. 5. B. καὶ Ἡγήμων ὁ Θάσιος, ὁ ἐπικληθεὶς Φακῆ, ὃν τζ

ἀρχαία καμωδία τιμὲς ἐντάττουσιν. Auctor epigrammatis, ſine dubio etiam ſcribendus eſt Ἡγήμων, non Ἡγέμων aut Ἡγεμών. — Vers. 3. fortaſſe legendum: ἐπέσχον κῦμα τὸ Περσῶν, niſi ῥεῦμα malis. Tyrtaeus El. III. 21. Anal. T. I. p. 51.

Αἶψα δὲ δυσμενέων ἀνδρῶν ἔτρεψε Φάλαγγας
Τρηχείας, σπουδῇ τ' ἔσχεθε κῦμα μάχης.

Hinc Lucretius egregie dixit Lib. V. 1288.

Aere ſolum terrae tractabant, aereque belli
Miſcebant fluctus, et volnera *vaſta ſerebant.*

Miror, Bentlejum, talem virum, hic maluiſſe, *Miſcebant* luctus, *et* funera *vaſta ſerebant.* Recte Gilbertus Wakefield vulgatam tuetur. Sed diu ante Wakefieldum Petrus Victorius Var. Lect. lib. 37. c. 7. exquiſitam hanc dicendi formam explicuit, et Lucretii locum comparavit cum dicto Theopompi, qui bellum, magno impetu in unam gentem irruens, appellaverat ῥεῦμα καὶ κλύδωνα πολέμου, teſte Plutarcho. Vers. 4. Apograph. Δώριος αὐ μελέτα, adſcripto tamen articulo ἁ.

Digitized by Google

IV.

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Ἐπὶ τῷ ἐν Θεσπιαῖς βωμῷ.

Θεσπιαὶ εὐρύχοροι πέμψαν ποτὲ τοῖσδε σὺν ὅπλοις
Τιμωροὺς προγόνων βάρβαρον εἰς Ἀσίην,
Οἳ μετ' Ἀλεξάνδρου Περσῶν ἄστη καθελόντες
Στῆσαν ἐριβρεμέα δαιδαλέον τρίποδα.

Cod. Vatic. p. 205. In lemmate Θεσπίαις, v. 1. Θέσπιαι exaratum. Stephanus Byz. in v. Θέσπεια — Γράφεται καὶ διὰ τοῦ ι καὶ ἐκτείνεται, καὶ συστέλλεται παρὰ Κορίννῃ. Καὶ ἐπίγραμμα τῶν ἀναιρεθέντων ὑπὸ τῶν Περσῶν· ἦν δὲ Φιλιάδου Μεγαρέως·

Ἄνδρες θ' οἱ ποτ' ἔναιον ὑπὸ κροτάφοις Ἑλικῶνος
Λήματι τῶν αὐχεῖ Θεσπιὰς εὐρύχορος.

(Br. Anal. T. III. p. 329.) Πληθυντικῶς δὲ Θεσπιαὶ ὀξυτόνως. Eadem ſcribendi varietas obtinet in Πλάταια et Πλαταιαὶ, notante eodem Stephano Grammatico. — Verſ. 3. Cod. Ἀλέξανδρον, mox καθ' ἑλόντες.

V.

ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Εἰς τὰς Νύμφας παρὰ Τιμοκλέους κηπούρου.

Νύμφαι ἐφυδριάδες δώρου γένος, ἀρδεύοιτε
Τοῦτον Τιμοκλέους κᾶπον ἐπεσσόμεναι.
Καὶ γὰρ Τιμοκλῆς ὔμμι, κόραι, ἀιὲν ὁ καπεὺς
Κάπων ἐκ τούτων ὥρια δωροφορεῖ.

Cod. Vatic. p. 411. Elegans epigramma, ſed gravi illud vitio deformatum, v. 1. cui mederi conati ſunt viri praeſtantiſſimi. Jacobſius margini adſcripſit: An fuit Δωτοῦς γένος, filiae Dotûs Nereidis? Heynio ἱερὸν γένος, Mitſcherlichio placebat, ὀρέων γένος, mihi denique in mentem venit, Νύμφαι ἐφυδριάδες, κοῦραι Διὸς, ut apud Homerum Od. N. 356.

Νύμφαι Νηϊάδες, κοῦραι Διὸς, οὔποτ' ἐγωγε
Ὄψεσθ' ὔμμ' ἐφάμην· νῦν δ' εὐχωλῆς ἀγανῇσι
Χαίρετ'· ἀτὰρ καὶ δῶρα διδώσομεν, ὡς τοπάρος περ.

Repetitur quidem v. 3. vox κόραι. Sed omnino in hoc epigrammate ſuavis eſt eorundem verborum repetitio. — Verſ. 2. ἐπεσσόμεναι. In margine notatum ἐποσσόμεναι ſive ἐπεσσύμενα. Illud dictum videri poſſit, ut apud Callimachum Fragm. CXXVI.

Digitized by Google

Αὔλια καὶ δολιχὰς ἶνας ἐπιβλέπετε,

h. e. *litora cura veſtra dignamini.* Vide Scaliger Conj. ad Varron. p. 106. Sed praeſtat legere, ἐπεσυμέναι. Conf. Hermocreontis ep. I. Anal. T. II. p. 252. et Damoſtrati Anal. T. II. p. 259. Τιμοκλέης, ſive Τιμοκλῆς quidam occurrit etiam in Oneſtae epigr. IX. Anal. T. II. p. 291. Idem nomen repoſitum in Chaeremonis epigrammate II. Anal. T. II. p. 55. a Ruhnkenio Epiſt. Crit. I. p. 119.

VI.

ΘΕΟΔΩΡΙΔΑ.

Εἰς βδέλυς χαλκοῦς.

Θεσσαλαὶ αἱ βόες αἵδε· παρὰ προθύροισι δ' Ἀθάνας
Ἑστᾶσιν, καλὸν δῶρον Ἰτωνιάδος·
Πᾶσαι χαλκεῖαι, δυοκαίδεκα, Φράδμονος ἔργον,
Καὶ πᾶσαι γυμνῶν σκῦλον ἀπ' Ἰλλυρίων.

Cod. Vatic. p. 478. Edidit L. Holſten. ad Stephanum Byz. p. 151. V. 2. Ἰτωνιάδος. Conf. Callimach. H. in Cer. v. 74. V. 4. Cod. σκύλων. — De Phradmone ſtatuario vide Junii Catalogum Architect. p. 164. Addam verſus

Theodoridae, paululum depravatos, qui extant p. 609.

Θεοδωρίδα τετράμετρου ἀεχιλόχειον.
Ἐκ δολιχοῦ τὸ ραοφυρήλατον ὁς τάχει κρατήσας
Παῖς Ἀριστομάχειος ἀνεῖλε τὸν χάλκειον λέβητα.

Legendum esse, ῥα σφυρήλατον, quilibet intelligit, nisi in τό ρα aliud quid latet. Dubito, an hoc integrum sit epigramma. In eadem Codicis pagina descripta sunt duo Callimachi fragmenta, quae edidit Bentlejus Nr. CXIV et CXV. Hic illud modo agebat Constantinus Cephalas, ut versus, diverso metro scriptos, colligeret, et speciminis loco proponeret. Verba ita construenda sunt, ὁ παῖς Ἀριστομάχειος ἐκ δολιχοῦ ἀνεῖλε, ὡς τάχει κρατήσας, σφυρήλατον τὸν χάλκειον λέβητα. Caeterum Theodoridae tribuendum videtur, quod de Theodorito quodam notatur in Etym. MS. v. Κυρβασία τὸ τὴν κεφαλὴν καλύπτον. Θεοδώριτος ἐν ἐνίοις ἐπιγράμμασι τὰς περικεφαλαίας κυρβασίας λέγει. Centies inter se permutantur nomina Theodoridos, Theodoritus et Theodoretus. Vide Reiskii Notit. Poet. Anthol. p. 215. et Schneideri Anal. Crit. p. 7. Sed in editis Theodoridae epigrammatis vocem κυρβασία frustra quaeras.

VII.

ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Εὐρώταν ὡς ἄρτι διάβροχον ἔν τε ῥεέθροις
Εἴλλυσι ὁ τεχνίτης ἐν πυρὶ λαυσάμενον.
Πᾶσι γὰρ ἐν κάλλαις ὑδατούμενος ἀμφινέευσεν
Ἐκ κορυφῆς εἰς ἄκρους ὑγροράταν ὄνυχας.
Ἀδὲ τέχνα ποταμῷ συνεπήρικεν ὀπείσας
Χαλκὸν κωμάζειν ὕδατος ὑγρότερον.

Cod. Vatic. p. 475. „Scriptum videtur in aeneum Eurotae fluvii simulacrum, in quo poeta mollitiem admiratur. — V. 2. εἴλλυσι an dictum, ut *ducere*, de opere aeneo? an scribendum μήνυσι? ὁ τεχνίτης εἴλκυσεν αὐτὸν, τὸν ἐν πυρὶ, (in igne conflatum) ὡς ἐν ῥεέθροις λουσάμενον. — V. 4. „an ὑγρὸς ἐὼν ὄνυχας?“ Verba sunt Jacobsii. Ludere videtur Philippus in ambigua verbi ὑγρὸς significatione, quod non modo de humidis, sed de iis etiam rebus dicitur, quae flexibiles sunt et ad sensum molles. Pindar. Pyth. I. 17. de aquila:

ὁ δὲ κιάσσων
Τγρὸν νῶτον αἰωρεῖ, τεαῖς
Ψπαῖσι κατασχόμενος.

Plato Sympos. c. XVIII. p. 214. ed. Bip. de Amore: πρὸς δὲ τούτοις ὑγρὸς τὸ εἶδος. οὐ γὰρ

ἂν οἷός τ' ἦν πάντη περιπτύσσεσθαι, οὐδὲ διὰ πάσης ψυχῆς καὶ εἰσιὼν τὸ πρῶτον λανθάνειν καὶ ἐξιὼν, εἰ σκληρὸς ἦν. συμμέτρου δὲ καὶ ὑγρᾶς ἰδέας μέγα τεκμήριον ἡ εὐσχημοσύνη. — οὗ δ' ἂν εὐανθὴς τε καὶ εὐώδης τόπος ᾖ, ἐνταῦθα καὶ ἴζει καὶ μένει. Huno locum ante oculos habuisse videtur in describendo Praxitelis Amore Callistratus Stat. III. p. 893. Ὑγρὸς μὲν ἦν, ἀμοιρῶν μόγα λειότητος, χαλκῷ δὲ ἔχων συνωδὸν τὴν χροιάν, εὐανθὴς ἐωρᾶτο, τῶν δὲ κινήσεως ἔργων ἐστερημένος, ἕτοιμος ἦν δεῖξαι κίνησιν. Cicero Brut. 18. „Quis enim eorum, qui haec minora animadvertunt, non intelligit, Canachi signa rigidiora esse, quam ut imitentur veritatem, Calamidis dura illa quidem, sed tamen molliora, quam Canachi.

Vers. 5. in margine Apographi corrigitur, ἆ τίς ὁ πείσας. Primum distichon sincerum videtur. Reliqua hoc fere modo legenda sunt:

Πᾶσι γὰρ ἐν κώλοις ὑδατούμενος ἀμφινένευκεν
Ἐκ κορυφῆς ἐς ἄκρους ὑγρὸς ἰὼν ὄνυχας.
Ἃ δὲ τέχνα ποταμῷ συνεπήρικεν· Ἃ τίς ὁ πείσας
Χαλκὸν κωμάζειν ὕδατος ὑγρότερον;

Nota formula, ἐκ κορυφῆς ἐς ὄνυχας, vel ex Homero Il. Ψ. 169. ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς, a Comicis, iisque, qui Comicos imitantur, passim inverso ordine effertur, ἐκ ποδὸς ἐς κεφαλήν.

Hoc ſemper, niſi fallor, ſenſu ridiculo. Ariſtophanes Plut. 649.

Ἄκουε τοίνυν, ὡς ἐγὼ τὰ πράγματα
Ἐκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν κεφαλήν σοι πάντ' ἐρῶ.

Obſcoeni aliquid hic ſubeſſe, adfirmat Scholiaſtes, qua de re dubitat Hemſterhuſius. Confirmare illud videtur Sophron apud Euſtathium ad Od. Ξ. p. 1766. 54. *ξύομαι δ' οὐδὲν ἰσχύων· τουτέστι κνῶμαι. καὶ Σώφρων· βαιὰ δ' ἔξυσμαι ἐκ ποδὸς εἰς κεφαλήν. ἤγουν κέκνησμαι.* Notandum, priorem etiam locum, *ξύομαι δ' οὐδὲν ἰσχύων*, e Sophronis petitum eſſe Mimis, quod diſcimus ex Etym. M. p. 523. ubi legitur, *κνυζῶμαι οὐδὲν ἰσχύων*. Conſentit Etym. MS. in v. Κνυζηθμός. — *Σώφρων· κνύζομαι δὲ οὐδὲν ἰσχύων· ἃ δὲ ξύσμα ἐκ ποδῶν εἰς κεφαλὴν ἱππάζετο, ἀντὶ τοῦ κνήθω*, lege, *κνήθω*. Reliqua accuratius leguntur apud Euſtathium. Caeterum vide Eraſmi Adagia p. 9. qui, praeter alios, Ciceronis locum memorat Roſc. Com. 7. *nonne ipſum caput, et ſupercilia illa penitus abraſa, olere malitiam, et clamitare calliditatem videntur?* nonne ab imis unguibus usque ad verticem ſummum — *ex fraude, fallaciis, mendaciis conſtare totus videtur?*

VIII.

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Εἰς τὸν Ὅμηρον.

Εἰ καὶ βαιὸς ὁ τύμβος, ὁδοιπόρε, μή με παρέλθῃς,
Ἀλλὰ κατὰ στίχας ἴσα θεοῖσι σέβου.
Τὸν γὰρ Πιερίσιν τιμώμενον ἔσχα Μοίσαις
Ποιητὴν ἐπέων θείων Ὅμηρον ἔχω.

Cod. Vatic. p. 208. in margine. Conf. Leonid. Tarent. ep. LXV. Anal. T. I. p. 257. — Verſ. 2. κατὰ στίχας. Jacobs corrigebat κατασπείσας, ſed ita, ut ſibi ipſe non ſatisfaceret. Fortaſſe, καταστέψας. Eurip. Oreſt. 1321.

Ὦ παρθὲν ἥκεις τὸν Κλυταιμνήστρας τάφον
Στέψασα, καὶ σπείσασα νερτέροις χοάς.

Vide Tibull. II. El. IV. 48. Antigone Sophocléa v. 431.

Χοαῖσι τρισπόνδοισι τὸν νέκυν στέφει,

h. e. κοσμεῖ, ut apud Homer. Odyſſ. Θ. 170. Ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει. Sed neutrum ſatis placet. — Verſ. 3. in margine notatum, γρ. Πιερίδεσσι τετιμένον. Lege, τετιμένον.

IX.

ΑΔΗΛΟΝ.

Δῶρον Τερμήσσοιο δικασπολίης χάριν ἀγνῆς
Εὐσέβιος Θεράπων Θῆκε Θεῷ τὸ γέρας.

Cod. Vatic. p. 475. Scribe, Τερμησσοῖο, a Τερμησσὸς, quae eſt urbs Piſidiae. Apud Stephanum Byzant. legimus: Τερμισσὸς, πόλις Πισιδίας, quae falſa videtur ſcriptura. Epigrammatis lectio variis Numorum exemplis, quibus maxima in his rebus tribuenda eſt auctoritas, confirmatur, monente L. Holſtenio in Notis p. 320. ubi hoc epigramma edidit. Unum modo commemorari numum video ab Harduino Num. pop. p. 491. (Vide Cellarium Geogr. Antiq. T. II. p. 196.) cum epigraphe, ΤΕΡΜΙCΕΙΩΝ, ad Piſidiae urbem, Termeſſum, referendum, (ut teſtatur adverſa facies, cui, Σόλυμος, herois nomen inſcriptum eſt, a quo Piſidae *Solymi* ſunt dicti.) Reliqui conſentiunt in ſcriptura Τερμησσός, quam confirmat Strabo. At diverſa ab hac eſt, nomine ac ſitu, Τελμισσὸς, urbs Cariae, unde dramati deperdito titulum fecerat Ariſtophanes, Τελμισσεῖς. Cicero de Divin. I. 41. Telmeſſus *in Caria*

est: qua in urbe excellit haruspicum disciplina. Lege, *Telmissus*, cum Drakenborch. ad Livium XXXVII. 16. Quare falsam esse arbitror rationem Spanhemii de Usu et Praest. Num. p. 478. statuentis, ubique apud scriptores graecos et latinos reponendam esse formam Τερμησσὸς, et *Termessus*. Urbem Pisidiae, ita dictam, male etiam *Termissum* scribit Salmasius in Plin. Exercit. T. I. p. 551. Vide Eckhel Doctrin. Num. Veter. Vol. III. p. 27. — Versum 2. epigrammatis Spanhemius l. c. interpolavit sic:

Εὐσεβίης θεράπων θῆκε θεῷ τὸ γέρα.

i. e. *pietatis cultor hoc Deo praemium dedicavit.* Deum autem intelligit illum Termessensium heroa, Solymum. Hoc satis probabiliter. Neque tamen video, cur lectionem Codicis Vatic. obliteremus, probatam etiam Holstenio. — Jam θῆκε auctor carminis scripsit pro ἀνέθηκε, ut multi alii, in his Callimachus de Coma Berenices apud Scholiasten Arati p. 21. Hunc locum tractans Valckenarius, Callimachi Fragm. p. 85. „de Coma, ait, Diis *dedicata* paulo insolentius, quod est in Callimacheis,

— ὃν κείνη πᾶσιν ἔθηκε θεοῖς.

scripserat fortasse more solemni,

— ὃν κείνη πᾶσ' ἀνέθηκε θεοῖς.

quam omnibus illa Diis dedicavit.“ Sed huic

viri praestantissimi conjecturae cum aliorum poetarum, tum ipsius Callimachi mos solemnis repugnat. Raro Callimachus aliter loquitur. Vide epigrammata XVIII. XIX. XXIII. XXVI. in Anal. Brunck. T. I. p. 465. seq. coll. epigram. Euripidis in Phoen. 578.

Θήβας πυρώσας, τάσδε Πολυνείκης θεοῖς
Ἀσπίδας ἔθηκε.

X.

ΑΝΤΩΝΙΟΥ ΘΑΛΛΟΥ.

Εἰς Κλεάνασσαν ἐν τῷ θαλάμῳ πυρποληθεῖσαν, μᾶλλον δὲ ἀναρπασθεῖσαν.

Δύσδαιμον Κλεάνασσα, σὺ μὲν γάμῳ ἔπλεο κούρῳ
Ὥριον, ἀκμαίης οἷά τ' ἐφ' ἡλικίης·
Ἀλλὰ τεοῖς θαλάμοισι γαμοστόλος οὐχ Ὑμέναιος
Οὐδ' Ἥρης Ζυγίης λαμπάδες ἰντίασαν.
Πένθιμος ἀλλ' Ἀΐδης ἐπεκώμασεν, ἀμφὶ δ' Ἐρινὺς
Φοίνιος ἐκ στομάτων μόρσιμον ἧκεν ὄπα·
Ἤματι δ' ᾧ νυμφεῖος ἀνήπτετο λαμπάδι παστὰς,
Τούτῳ πυρκαϊῆς οὐ θαλάμων ἔτυχες.

Cod. Vatic. p. 234. Versu primo lege: σὺ μὲν γάμῳ ἔπλεο κούρου Ὥριος, aut, κούρη, Ὥριος, quod praeferebat Jacobsius. Suidas,

ὥρα γάμων. ἡ ἀκμὴ καιρὸς γάμων. — Vers. 3. 4. Inter deos, quorum in tutela matrimonium erat, praecipuum locum obtinebat Juno, quae hinc Ζυγία, a Latinis *Pronuba* vocatur. Apollon. Rhod. IV. 96. Ἥρη τε Ζυγίη, Διὸς εὐνέτις. Ovid. Heroid. XII. 87.

Conscia sit Juno, sacris praefecta maritis.

V. 5. ἐπεκώμασεν. Suidas v. κώμη. — καὶ ἐκώμασεν, ἀντὶ τοῦ παρεγένετο. Θρῆνος δ' εἰς ὑμέναιον ἐκώμασεν· (Philippi Thess. ep. LXXIX. Anal. T. II. p. 234.) Similiter κατακωμάζειν dixit Eurip. Phoen. 363.

Εἴτε τὸ δαιμόνιον κατεκώμασε
Δῶμασιν Οἰδιπόδα.

Aristaenet. II. Epist. I. μὴ φόνου τις, ὦ γύναι, τὸ σὸν αἰτιάσηται κάλλος, μηδὲ ταῖς σαῖς χάρισιν ἐπικωμάσωσιν ὄρνιθες, sive, ut Abreschius, consentiente T. Hemsterhusio, edidit Ἐρινύες. In Codice Vatic. perpetuo, quod sciam, scribitur Ἐρενύς. Vide Brunck. ad Aeschyl. S. Th. 490. et ad Apoll. Rhod. II. 220. — Reliqua verba versuum 5. et 6. leguntur apud Suidam v. Ἐρινὺς. καταχθόνιος δαίμων, κακοποιός. ἀμφὶ δ' Ἐρινὺς φοίνιος ἐκ στομάτων μόρσιμον ἧκεν ὄπα. Idem in medium profert, sed vitiose scriptum, ultimum distichon in v. Νυμφεῖος οἶκος, ἐν ᾧ αἱ νύμφαι εἰσί. —

Νημάτια ᾧ νύμφιος ἀνήπτετο λαμπάδι παστὰς
Τούτῳ πυρκαϊῆς οὐ θαλάμων ἔτυχες.

Ubi Kuſterus, „Locus, ait, eſt corruptus, quem cum Porto ſic legerim, Ἥματι, ᾧ νυμφεῖος, etc. Eſt autem pars epigrammatis in novam nuptam, quae ipſo nuptiarum die obierat.“ Toupius Emend. in Suid. P. II. p. 276. corrigit,

Ἥματι, τῷ νυμφεῖος ἀνήπτετο λαμπάδι παστάς.

Sed retinenda eſt Codicis lectio, quam confirmat Suidas. Hic enim literae Λ et Δ a librariis modo permutatae ſunt. Conf. Erinne ep. III. Anal. T. I. p. 53.

Ὡς τὰν παῖδ' Ὑμέναιος ὑφ' ἅς δόμον ἄγετο πεύκας
Τᾷδ' ἐπὶ καδεστὰς ἔφλεγε πυρκαϊᾶς.

Propertius IV. El. III. 13.

Quae mihi deductae fax omen praetulit, illa
Traxit ab everſo lumina nigra rogo.

Ad epigramma Antonii Thalli inprimis pertinet Ovid. Heroid. VI. 41.

Heu! ubi pacta fides? ubi connubialia jura?
Faxque ſub arſuros dignior ire rogos?
Non ego ſum furtim tibi cognita; pronuba Juno
Adfuit, *et ſertis tempora vinctus* Hymen.
At mihi nec Juno, nec Hymen, ſed triſtis Erinnys
Praetulit infauſtas ſanguinolenta *faces.*

XI.

ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Εἰς Εὔδοξον τὸν Κνίδιον συγγραφέα περὶ τῆς ἰδίης ζωῆς μαντευσάμενον ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ΗΙ΄ ἔτι (ἔτη) ἐπέζησεν.

Ἐν Μέμφει λόγος ἐστὶ μαθεῖν ἰδίην ποτε μοίρην
Εὔδοξον παρὰ τοῦ καλλικέρω ταύρου.
Κοὐδὲν ἔλεξε πόθεν βοΐ γὰρ λόγον οὐ πόρε φύτλη
οὐδελάλον μόσχῳ ἀπιδιστόμα
ἀλλαπαραυτὸν λέχριος στὰς ἐληχμήσατο στιῦλον
προφανῶς ταῦτο διδάσκων ἀποδυση βιοτὴν
ὅσσον οὔπω διὸ καὶ οἱ ταχέως ἦλθε μόρος δεκάκις
πέντε καὶ τρεῖς εἰσιδόντα παῖδας.

Cod. Vatic. p. 325. Hujus carminis disjecta membra inveniuntur apud Diogenem Laertium Lib. VIII. fin. de Eudoxo: ὅτε δὲ συνεγένετο ἐν Αἰγύπτῳ Ἰχόνουφι τῷ Ἡλιουπολίτῃ, ὁ Ἄπις αὐτοῦ ἱματίου περιελιχμήσατο. ἔνδοξον οὖν αὐτὸν ἀλλ' ὀλιγοχρόνιον ἔφασαν οἱ ἱερεῖς ἔσεσθαι, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν ἀπομνημονεύμασιν. ἔστι δὲ καὶ ἡμῶν εἰς αὐτὸν οὕτως ἔχον. Ἐν Μέμφει λόγος ἐστὶ προμαθεῖν τὴν ἰδίην Εὔδοξόν ποτε μοῖραν παρὰ τοῦ καλλικέρω ταύρου. κοὐδὲν ἔλεξε. βοῒ γὰρ πόθεν λόγος; φύσις οὐκ ἔδωκε μόσχῳ λάλον Ἄπιδι στόμα. παρὰ δὲ αὐτὸν λέ-

χριος στὰς ἐλιχμήσατο στολὴν, προφανῶς τοῦτο διδάσκων, ἀποδύσει βιοτὴν ὅσον οὔπω. διὸ καὶ οἱ ταχέως ἦλθε μόρος, δεκάκις πέντε ἐπὶ τρεῖς εἰσιδόντι πλειάδας. Quae verba in hos numeros redegit Salmaſius Exercit. Plin. p. 313.

Ἐνὶ Μέμφει λόγος ἐστὶ προμαθεῖν τὰν ἰδίαν πρόσθε-
μοῖραν
Εὔδοξον παρὰ τοῦ καλλικέρω ταύροιο, καὐδὲν γ'
ἔλεξε
Πόθεν; οὐ γὰρ βοΐ φωνὴ, φύσις οὐ δῶκε μόσχῳ
Ἄπιδι στόμ', ἀλλὰ
Παρὰ δ' αὐτῷ λέχριος στὰς ἐλίχμησε τὸ λῶπος,
Προφανῶς τοῦτο διδάσκων, ἀποδύσει βιοτὴν ὅσον
οὔπω.
Διὸ καὶ οἱ ταχέως ἦλθε μόρος δὴ δεκάκις πέντε καὶ
τρεῖς
Ἐσιδόντι παῖδας.

Scripturam antiquam in ſcriptis codicibus Diogenis repertam, paucis admodum mutatis, in hunc ordinem ſe redegiſſe adfirmat Salmaſius. Carmen igitur foret tetraſtrophon, tricolon, ſive triplicis metri; nimirum Jonicorum pentametrorum catalecticorum duorum, tum Jonici tetrametri catalectici unius, deinde unius Ithyphallici. Sed carmina Jonica minora, quae tetrametris longiora ſint, apud Graecos et Ro-

Digitized by Google

manos non inveniri, in consilium aliquando adhibitus, me monebat etiam Santenius ὁ μακαρίτης, (quem *meum* fuisse, nunquam non gloriabor) addens, ejusmodi catalecticos non antibacchio, sed fere anapaesto formari, neque unquam his Jonicis ithyphallicum subjungi. Sed subit mirari, quid sit, quare Salmasius nihil omnino commemoraverit de ea ratione, qua carmen illud legitur in Codice Vaticano. Adscribam versus emendatiores:

Ἐν Μέμφει λόγος ἐστὶ μαθεῖν ἰδίην ποτὲ μοίρην
Εὔδοξον παρὰ τοῦ καλλικέρω ταύρου.
Κοὐδὲν ἔλεξε. πόθεν; βοῒ γὰρ λόγον οὐ πόρε φύτλη
Οὐδὲ λάλον μόσχῳ Ἀπιδι στόμα·
Ἀλλὰ παρ' αὐτὸν λέχριος στὰς ἐλιχμήσατο στύλον,
Προφανῶς τοῦτο διδάσκων, ἀποδύσει βιοτὴν
Ὅσσον οὔπω. Διὸ καὶ οἱ ταχέως ἦλθε μόρος δεκάκις
Πέντε καὶ τρεῖς εἰσιδόντι παῖδας.

Huic etiam metro versuumque generi nihil sani inesse, qui in hac eruditionis parte non prorsus sunt hospites, facile animadvertent. Atque hoc causae fuisse videtur, cur Planudes totum carmen refingeret atque interpolaret. Dubitari enim nullo modo potest, quin Planudes auctor sit hexametrorum, qui leguntur

Anthолog. I. Tit. XXXVII. ep. 23. (in Analectis Brunckianis non extant)

Ἐν Μέμφει λόγος ἐστὶ μαθεῖν ἰδίην ποτὲ μοίρην
Εὐδοξον Ἄπιδος τοῦ καλλικέρω παρὰ ταύρου.
Κοὐδὲν ἔλεξε· (πόθεν; βοΐ γὰρ λόγον οὐ πόρε Φύτλη,
Οὐδὲ λάλου μόσχῳ Ἄπιδι στόμα·) ἀλλὰ παρ' αὐτὸν
Λέχρια κεῖνος ἀτὰς, προφανῶς ἐλιχμήσατο λώπην.
Δηλῶν ὡς ἀποδύσει δὴ βιοτὴν ὅσον οὔπω.
Καὶ δὴ οἱ ταχέως ἐπελήλυθεν αὐτίκα πότμος,
Ἡλίους δεκάκις πέντ' ἠδὲ τρεῖς ἐσιδόντι.

Nos e codice hoc certe diſcimus, Planudem non modo ex inepto carmine ineptius concinnaſſe, ſed etiam more ſuo in auctoris nomine aliquid deliquiſſe. Inſcripſit enim ἄδηλον, quod membranae tribuunt Crinagorae. Quanquam verſus iſti, dicendique etiam genus, ab ingenio et ſtilo hujus poetae plane abhorrent, ut adeo Planudes cauſam ſatis gravem habuiſſe videatur, cur carmen illud Crinagorae abjudicaret. Equidem quin Diogenes Laertius auctor ſit, nullus dubito. Is enim l. c. diſerte ait: ἔστι δὲ καὶ ἡμῶν εἰς αὐτὸν οὕτως ἔχον. Anni vocantur παῖδες, ſcil. ſaeculi. In Cleobuli, ſeu Cleobulinae aenigmate menſes dicuntur παῖδες anni, Anak. T. I. p. 76.

Εἷς ὁ πατὴρ, παῖδες δὲ δύώδεκα· τῶν δὲ ἑκάστῳ
Κοῦραι ἑξήκοντα διανδίχα εἶδος ἔχουσαι.
Αἱ μὲν λευκαὶ ἔασιν, ἰδεῖν, αἱ δ' αὖτε μέλαιναι,
Ἀθάνατοι δέ π' ἐοῦσαι ἀποφθινύθουσιν ἅπασαι.

De vi vocis πόθεν v. 3. quae vertenda est, *nequaquam sane*, vel, *nihil minus*, vide Hemsterhusium ad Lucian. Timon. T. I. p. 115. Wolfium ad Demosth. Leptin. p. 238.

XII.

ΚΡΙΝΑΓΟΡΟΥ.

Φρὴν ἱερὴ μεγαλὴ Ἐνοσίχθονος, ἔσσο καὶ ἄλλοις
Ἥπιη, Αἰγαίην οἱ διέπουσιν ἅλα.
Κήμοὶ γὰρ θρῄκιμι διωκομένῳ ὑπ' ἀήτη
Ὠρεξας πρηεῖ ἀσπασίῳ λιμένας.

Cod. Vatic. p. 493. Φρὴν Ἐνοσίχθονος, ut apud Homerum Il. B. 351. Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ. Alexander Aetolus apud Athen. L. XV. p. 699. C. Ἀγαθοκλῆος λάσιαι φρένες. Jacobsius v. 4. emendat, πρηεῖς ἀσπάσιος, ut hoc epitheton referatur ad Neptunum. Mihi Ἀσπάσιος videtur esse nomen proprium ejus, qui Neptunum alloquitur. Aspasius quidam occurrit etiam in epigrammate XX. Alcaei Messe-

nii Anal. T. I. p. 491. cui hoc lemma praefixum est in M. εἰς Ἀσπάσιον ναυαγήσαντα, ἢ ἄλλον τινὰ ναυηγόν.

Στυγνὸς ἐπ' Ἀρκτούρῳ ναύταις πλόος, ἐκ δὲ Βορείης
Λαίλαπος Ἀσπασίῳ πικρὸν ἔτευξε μόρον.
Οὗ ἀτείχεις παρὰ τύμβον, ὁδοιπόρε· σῶμα δὲ πόντος
Ἔκρυψ' Αἰγαίῳ ῥαιόμενον πελάγει.

Hinc in epigrammate etiam Crinagorae legendum videtur:

Κήμοὶ γὰρ Θρήϊκι διωκομένῳ ὑπ' ἀήτῃ
Ὤρεξας πρηεῖς Ἀσπασίῳ λιμένας.

Nisi malis, πρηῢς Ἀσπασίῳ λιμένας. Notus est *Threicius ventus* Horatii I. Od. 25. 10. Idem Epod. XIII. 2. *nunc mare, nunc sylvae* Threicio Aquilone *sonant.*

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Δράμασιν ἐν πολλοῖσι διέπρεπες, ὅσσα Μένανδρος
Ἔγραφεν, ἢ Μουσέων σὺν μιῇ, ἢ Χαρίτων.

Ἄλλο.

Ἐς γάμον ἔζευξέ με νεοζευκτοῖο Προκίλλης,
Τὸν Νυμφῶν θαλάμους αἰὲν ἀειδόμενον.
Εὐξάμενος πάδε Μῆνις ὁ κωμικὸς, ὦ Τμέναιε,
Ἔρχεο καὶ Νύμφῃ καὶ γαμέοντι φίλος.

Cod. Vatic. p. 445. Nomen Crinagorae huic epigrammati non eſt appoſitum. Videtur tamen ejusdem auctoris eſſe, ſicut monuit etiam Jacobſius. V. 2. in Codice notata eſt diſcrepans lectio, Θαλάμοις. Sed praefero vulgatam. Utrumque epigramma ſcriptum videtur in actores Comicos.

XIII.

ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ.

Οὐχ ὅτι με Φθίμενον κῆδος λίπεν ἐνθάδε κεῖμαι
Γυμνὸς ὑπὲρ γαίης πυρφόρου νέκυς.
Ταρχύθην γάρ ἐγὼ τὸ πρίν ποτε· νῦν δ' ἀροτῆρος
Χερσὶ σιδηρείη μ' ἐξεκύλισσεν ὖνις.
Ἦ ῥα κακῶν θανάτόν τις ἔφη λύσιν· ὀππότ' ἐμεῖο
Ξεῖνε, πέλει παθέων ὕστατον οὐδὲ τάφος.

Cod. Vatic. p. 232. Edidit Enn. Q. Viſconti, *Inſcrizioni Greche Triopee* p. 104. V. 1. Jacobſius malebat, οὐχ ὅθι, *non eodem loco jaceo, quo neceſſarii* (κῆδος) *me poſuerunt.* Sed vulgatae lectioni melius reſpondere videtur verſus brevior, γυμνὸς ὑπὲρ γαίης. — V. 4. Mirum eſt, vocem ὖνις h. l. corripi, quod, alio tamen exemplo uſus, notavit Suidas in

iv. Ἔννις. γεωργικὸν ἐργαλεῖον, καὶ ῥόπαλον. ἐν ἐπιγράμματι. ἱσταβόην τε σὺν ἀγυρτοῖς ἀροτροῖς καὶ φιλόγαιον ἔννιν. τὸ δὲ ῡ μακρόν. — IV. 5. vertit Viſconti: *aliquis enimvero ajebat mortem malorum eſſe finem; quando mihi neque tumulus, o hoſpes, poſtrema calamitas eſt.* Haec eſt verſio ad literam, probans, verbis graecis vitium aliquod inhaerere. Cui incommodo occurrere voluit vir doctus, qui librum Viſcontinum ſub examen vocavit in Ephemer. literariis, quae Jenae prodeunt, ſcribendo:

Ἦ ῥα κακῶν θάνατόν τις ἔφη λύσιν· οὐ ποτ' ἐμεῖο
ζεῖνε, πέλει παθέων ὕστατον, οὐδὲ τάφος.

Sed altera ſententia alteri repugnare videtur. Vera eſt, niſi fallor, lectio Apographi, quod eſt penes Boſchium, virum eruditiſſimum:

Ἦ ῥα κακῶς θάνατόν τις ἔφη λύσιν· ὀππότ' ἐμεῖο
Male aliquis mortem ſolutionem dixit, quandoquidem mihi ne tumulus quidem poſtrema calamitas eſt. Conf. Mercurii locus apud Stobaeum Serm. CXIX. p. 601. θάνατος γὰρ γίγνεται διάλυσις καμόντος σώματος. Plutarch. apud eundem Serm. CXIX. ἀπολύεσθαι γὰρ τὸν ἀποθνήσκοντα, καὶ τὴν τελευτὴν ἀπόλυσιν καλοῦσιν — τοῦτο γὰρ δέμας ὀναμάζουσιν, ὡς δεδεμένης ὑπ' αὐτοῦ τῆς ψυχῆς ἐνταῦθα παρὰ φύσιν. Vide Wyttenb. ad Plutarch. de S. N. V. p. 155. Adde Palladae ep. III. Anthol. Plan. I. Tit.

XXXVII. Caeterum similis argumenti epigramma extat inter ἀδέσποτα apud Brunck. Anal. T. III. p. 246. quod Antiphilo tribuitur in Codice, teste Jacobsio.

ΑΝΤΙΦΙΑΟΥ.

Ἀρχελεως λιμενῖτα, σὺ μὲν μάκαρ ἤπιον αὔρην
Πέμπε κατασταθερῆς οἰχομένην ὀθόνην
Ἀχρὶς ἐπὶ τρίτωνα· σὺ δ' ἠϊονος ἄκρα λελογχὼς
Τὴν ἐπὶ Πυθείου ῥύεο ναυστολίην
Κεῖθεν δ' εἰ Φοίβῳ μεμελήμεθα πάντες ἀοιδὴν,
Πλεύσομαι εὐαέϊ θαρσαλέως Ζεφύρῳ.

Cod. Vatic. p. 492. Dolendum est, primum distichon hujus epigrammatis, quod in praestantissimorum numero reponendum videtur, tam negligenter a librariis descriptum esse, ut verum ejus sensum eruere vix liceat. Fortasse duo priora verba conjungenda sunt, ἀρχέλεως λιμενῖτα, *conditor urbis, praeses, dux coloniae, in portu posite.* Haec ratio placebat eruditissimo Heynio, qui Apollinem intelligebat. Jacobsius contra in margine Apographi notavit Ἀρχέλεω, i. e. *Archelai*, idque conjunxit cum voce ὀθόνην. Magis adhuc haeremus in verbo, κατασταθερῆς, quod quomodo vel

explicandum sit, vel corrigendum, definire non ausim, quamvis Heynius probaverit, κατὰ σταθερῆς οἰχομένην ὀθόνης, *velo semper aura repleto.* Adscribam locum similem Rutilii Itiner. v. 511.

Lutea protulerat sudos aurora jugales:
Antennas tendi litoris aura jubet.

Inconcussa vehit tranquillus aplustria flatus,
Mollia securo vela rudente tremunt.

Porro Heynius, vir praestantissimus, in verbis τρίτωνα, et Πυθείου, urbium nomina latere ratus, pro Πυθείου scribebat Γυθείου. Livius XXXII. 29. *Certior deinde factus*, Gytheum *oppidum omnium rerum maritimarum Lacedaemoniis receptaculum esse.* Vide interpretes ad Stephanum Byz. in v. Γύθειον, ubi notat Grammaticus, hoc ipsum oppidum a quibusdam vocari Πύθιον. — Τινές φασιν, ὅτι Πύθιον ἐκαλεῖτο, κακῶς.

Equidem verba priora ita accipienda esse putaverim: mitte placidam auram abeunti navi, ut e portu in altum mare perveniat, ἀχρὶς ἐπὶ Τρίτωνα. Suidas. Τρίτωνος, Ποσειδῶνος, θαλάσσης. Fortasse etiam Πυθεῖον v. 4. non urbem, sed templum Apollinis, sive Oraculum significat, quo tendebant nautae. Suidas. Πυθεῖον, τὸ μαντεῖον. Ejusmodi Πύθια, (utramque enim scripturam in usu fuisse probabile est)

varia apud Veteres commemorantur. Notum est Πύθιον Athenarum ex Thucyd. II. c. 15. Aliud respicit Sophocles Oed. Col. 2044.

Εἴην ὅθι δαΐων
Ἀνδρῶν τάχ' ἐπιστροφαὶ
Τὸν χαλκοβόαν Ἄρη
Μίξουσιν, ἢ πρὸς Πυθίας,
Ἢ λαμπάδων ἁπτᾶς.

Ubi Scholiastes haec scribit: λέγοι δ' ἂν Πυθίας ἁπτάς, τὸν τοῦ Πυθίου Ἀπόλλωνος βωμὸν τὸν ἐν τῷ Μαραθῶνι, ὅθεν καὶ τὴν θεωρίαν ἔπεμπον. Inprimis notandus est locus Philochori, qui ibidem legitur. Ὅταν δὲ σημεῖα γένηται παραδεδομένα ἐν τοῖς ἱεροῖς, τότε ἀποστέλλουσι τὴν θεωρίαν οἱ ἐκ τοῦ γένους, Πυθίαι δὲ καὶ Δηλιάδες, ὁπότερα ἂν καθήκῃ αὐτοῖς. θύει δὲ ὁ μάντις, ὅταν μὲν τὰ εἰς Δελφοὺς πόμπιμα γίνηται, καὶ θεωρία πέμπηται, ἐν Οἰνόῃ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν τῷ Πυθίῳ. εἰ δὲ εἰς Δῆλον ἀποστέλλοιτο ἡ θεωρία, κατὰ τὰ προειρημένα θύει ὁ μάντις εἰς τὸ ἐν Μαραθῶνι Δήλιον. — Jam quod ab aliis scribebatur Πύθιον, ab Antiphilo scribi potuit Πυθεῖον secundum observationem Eustathii ad Od. Z. p. 1562. 55. Σημείωσαι δὲ ὅτι πολλὰ περιεκτικὰ διΦοροῦνται παρὰ τοῖς παλαιοῖς· ὧν καὶ τὸ ῥηθὲν Ἀπολλώνιον διὰ τοῦ ῑ. κατά τινας δὲ διὰ διΦθόγγου κατὰ τὸ Ἡράκλειον. καθ' ἑτέρους δὲ, Ἀπολλωνεῖον ὡς Ἰσεῖον. Fuerunt Gram-

matici, qui de vera horum verborum ſcriptura peculiaribus libellis agerent, ut Eugenius, (notante Suida in v.) ἔγραψε — περὶ τῶν τερμενικῶν ὅπως προφέρεται. οἷον Διονύσειον, Ἀκλητίειον. Servata igitur lectione Πυθείου, reliqua ita legenda videntur:

— — αὐδ' ἠόνος ἄκρα λελογχὼς
Τὴν ἐπὶ Πυθείου ῥύεα ναυστολίην.
Κεῖθεν δ', εἰ Φοίβῳ μεμελήμεθα πάντες ἀοιδοὶ,
Πλεύσομαι εὐαεῖ θαρσαλέος Ζεφύρῳ.

Caeterum animadverſionibus illis virorum doctiſſimorum in medio poſitis, ſpero fore, ut certius aliquid aliquando afferatur.

ΑΝΤΙΦΙΛΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ.

Εἰς γραῖαν.

Κηὴν τείνῃς ῥακόεντα πολυτρήτοιο παρειῆς
Χρῶτα, καὶ ἀβλεφάρους ὦπας ἐπ' ἀνθρακιῇ,
Καὶ λευκὴν βάψεις μελάνι τρίχα, καὶ πυρίφλεκτα
Βοστρύχια κροτάφοις οὖλα περιρεμάσῃς,
Οὐδὲν ταῦτα γελοῖα, καὶ ἢν ἔτι πλεῖον ἐέξῃς.

— — — — —

Cod. Vatic. p. 517. Ulyſſes, aurea Minervae virga tactus, apud Homerum Od. II. 175.

Ἀψ δὲ μελαγχροιὴς γένετο, γναθμοὶ δὲ τάνυσθεν,
Κυάνεαι δ' ἐγένοντο ἐθειράδες ἀμφὶ γένειον.

Vetula illa multum agendo nihil agebat. Τείνειν ῥακόεντα πάρειῆς χρῶτα dictum ut in Macedonii ep. XVI. Anal. T. III. p. 115.

Τῷ ψιμύθῳ μὲν ἀεὶ λιποσαρκίᾳ τείνε παρειήν.

Idem mox utitur verbo εὐρύνειν eodem sensu. Oculi ἀβλέφαροι graphice depingunt vetulam. Notanda autem vox ἀβλέφαρος, quae vix alibi occurret. — V. 3. lege βάψῃς. Lucillius ep. XXXII. Anal. T. II. p. 323.

Τὰς τρίχας, ὦ Νικύλλα, τινὲς βάπτειν σε λέγουσιν,
Ἂς σὺ μελαινοτάτας ἐξ ἀγορᾶς ἐπρίω.

V. 5. καὶ ἢν ἔτι πλείονα ῥέζῃς. Inprimis comparandum est Luciani ep. VI. Anal. T. II. p. 309. Τὴν κεφαλὴν βάπτεις, τὸ δὲ γῆρας οὔποτε βάψεις, Οὐδὲ παρειάων ἐκτανύσεις ῥυτίδας. — Οὐδὲν γὰρ πλέον ἐστί.

XIV.

ΑΡΧΙΟΥ ΝΕΩΤΕΡΟΥ.

Πᾶνά με τόνδ' ἱερῆς ἐπὶ δισσάδος αἰγιαλίτης,
Πᾶνα τὸν εὐόρμων τῆδ' ἔφορον λιμένων,
Οἱ γριπῆες ἔθεντο· μέλω δ' ἐγὼ ἄλλοτε πύρτοις,
Ἄλλοτε δ' αἰγιαλοῦ τοῦδε σαγηνοβόλοις·

Digitized by Google

Ἀλλὰ παράπλει, ξεῖνε, σέθεν δ' ἐγὼ οὔνεκα παύτης
Εὐπλοίης πέμψω πρηῦν ἄπισθε Νότον.

Cod. Vatic. p. 491. Ἀρχίου νεωτέρου. Idem titulus praefcriptus eſt epigrammati, quod primus edidit Jenſius nr. 108. Ἑρμῇ Κωρυκίων ναίων πόλιν. Anal. T. II. p. 97. Male igitur Reiskius Not. Poet. Anth. p. 197. illud νεωτέρου Graeculo inepto imputandum, aut pro Ἀρχίου legendum eſſe ſtatuebat Ἀρχύτου. Is ſcilicet omnia carmina, quibus hoc nomen praefixum eſt, Archiae tribuebat, cujus cauſam egit Cicero. Enimvero varii ejusdem nominis poetae fuere, quos enumerat Brunckius Lect. p. 148. Vide Ilgenii Opuſc. T. II. P. I. p. 46—75. — Primus epigrammatis verſus in mendo cubat. Lego,

Πᾶνά με τόνδε ΠΕΤΡΗΣ ἐπὶ ΛΙΣΣΑΔΟΣ αἰγιαλίτην·

Quae verba facile confundi potuerunt cum vulgatis:

Πᾶνά με τόνδ' ΙΕΡΗΣ ἐπὶ ΔΙΣΣΑΔΟΣ αἰγιαλίτης.

Suidas in Λισσάδας πέτρας. λείας καὶ ὁμαλάς. τοῖς δὲ Σκύθαις πρὸς τὰς Ῥωμαϊκὰς ναῦς, ὥσπερ ἀνόρμους καὶ λισσάδας πέτρας, ἐξεβιάζετο τὰ σκάφη. Vide Aeſchyli Suppl. 807. Theocritus Dioſc. v. 56.

Παντοίην δ' ἐν ὄρει θηεύμενοι ἄγριον ὕλην,
Εὗρον ἀένναον κράναν ὑπὸ λισσάδι πέτρῃ
Ὕδατι πεπληθυῖαν ἀκηράτῳ.

XV.

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τὸν βραχὺν, ἰχθυβολῆες, ὑπὸ σχοίνῳ με Πρίηπον,
Στειλάμενοι κώπαις τὰν ὀλίγαν ἄκατον,
Δίκτυά τ' ἀπλώσασθε, πολὺν δ' ἁλιηχέα βῶκα,
Καὶ σκάρον, οὐ θρίσσης νύσφιν, ἀρυσάμενοι·
Γλαυκὸν ἐνιδρυθέντα νάπῃ, σημάντορα θήρης,
Τίετ', ἀπ' οὐκ ὀλίγων βαιὸν ἀπαρχόμενοι.

Cod. Vatic. p. 491. Non apte ſatis cohaerent hujus epigrammatis membra. Primus verſus pendet a ſexto, Πρίηπον τίετ', ἀπ' οὐκ ὀλίγων. Quae his interpoſita ſunt, Δίκτυά δ' ἀπλώσασθε, orationem quodammodo hiulcam reddunt. V. 2. lege, ἄκατον, quae certe uſitata forma eſt. V. 3. 4. Agathias ep. LVII. Anal. T. III. p. 53.

Μοῦνον ἐνορμίτατο παραὶ βωμοῖσι Πριήπου
Ἢ σκάρον, ἢ βῶκας φλίξον ἐρευθομένους.

Piſcium nomina, βῶξ, θρίσσα, in Lexicon ſuum retulit Suidas, nullis tamen additis exemplis. Θρίσσα etiam τριχίας dicitur et τριχίς.

XVI.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ

ἀπὸ ὑπάρχων Αἰγυπτίου.

Ἑρμείῃ Βαίτων ἁλιηχέος ὄργανα τέχνας
Ἄνθετο, δειμαίνων γήραος ἀδρανίην.
Ἄγκυραν, γυρόν τε λίθον, σπυρίδας θ' ἅμα φελλῷ,
Ἄγκιστρον, κώπην καὶ λίνα καὶ δόνακας.

Cod. Vatic. p. 146. Aliquam hujus epigrammatis particulam deſcripſit Suidas in v. Ἁλιηχέος. ἐν θαλάσσῃ νηχομένης. ἐν ἐπιγράμματι

— — — ἁλιηχέος ὄργανα τέχνης
Ἄνθετο.

Primum diſtichon poſt Salmaſium Exercit. Plin. p. 699. protulit Brunckius Lect. p. 231. Nunc etiam cum Grotii verſione edidit Boſchius T. III. p. 434. Γήραος ἀδρανίην v. 2. Julianus, indicante Jacobſio, debet Leonidae Tarentino ep. XII. Anal. T. I. p. 223.

Ἑρμείῃ Σώσιππος, ἐπεὶ παρενήξατο τὸν πλοῦν
Ἤβης, ἐκ γήρως δ' ἀδρανίῃ δέδεται.

Digitized by Google

Utrumque exemplum et Leonidae et Juliani notavit Suidas in v. Ἀδρανές. ἀσθενές. καὶ ἀδρανία, διὰ τοῦ ι, ἀδυναμία, ἀσθένεια· ἐν ἐπιγράμματί τινι Ἄνθετο δειμαίνων γήραος ἀδρανίην. καὶ αὖθις· ἐπεὶ παρενήξατο — Cf. Macedonii ep. XXV. Anal. T. III. p. 118. Minus bene Julianus Aegyptius ep. XII. Anal. T. II. p. 503. dixit:

Οὕτι φύσις θήλεια, καὶ οὐ πολιοῖο καρήνου
Ἀδρανίη φάνηις σῆς κατέλυσε βίην.

Caeterum ineditum hoc epigramma majorem habet a simplicitate et elegantia commendationem altero, quo idem argumentum ambitiosius tractavit auctor, apud Brunckium Anal. T. II. p. 494. ep. VI.

Καμπτομένους δόνακας, κώπην θ' ἅμα, νηὸς ἰμάσθλην,
Γυρῶν τ' ἀγκίστρων καμπυλόεσσαν ἰτυν,
Εὐκόλπου τε λίνοιο περίπλοα κύκλα μολίβδῳ
Καὶ φελλοὺς κύρτων μάρτυρας εἰναλίων,
Ζεῦγός τ' εὐπλεκέων σπυρίδων, καὶ μητέρα πυρσῶν
Τήνδε λίθον, νηῶν θ' ἕδρανον ἀσταθέων
Ἄγκυραν, γριπεῦς, Ἐριούνιε, σοὶ τάδε βαίτων
Δῶρα φέρει, τρομεροῦ γήραος ἀντιάσας.

Jam vide, quomodo hoc argumentum tractare conatus sit Theaetetus Scholasticus ep. I. Anal. T. II. p. 514. et compara, qui utrique praeivit, Philippum Thessalonicensem ep. XXII. Anal. T. II. p. 217.

Digitized by Google

XVII.

ΜΑΚΕΔΟΝΙΟΥ ΥΠΑΤΟΥ.

Τὸν κύνα, τὰν πήραν τε καὶ ἀγκυλόδοντα σίγυνον
Πανί τε καὶ Νύμφαις ἀντίθεμαι Δρυάσιν·
Τὸν κύνα δὲ ζῶντα πάλιν ποτὶ τῶυλιον ἄξω,
Ξηρὰς εἰς ἀκόλους ξυνὸν ἔχειν ἕταρον.

Cod. Vatic. p. 172. Primum verſum commemorat Suidas in v. Σιγύνη. καὶ σιγύνους, τὰ δόρατα παρὰ Μακεδόσιν. ἐν ἐπιγράμματι· (Anal. T. II. p. 3.)

Τήνδε παρ' Ἡρακλεῖ θῆκέ με τὴν σιγύνην
Ἐκ πολλοῦ πλειῶνος. — καὶ ἀλλαχοῦ·
Τὸν κύνα τὰν πήραν τε καὶ ἀγκυλόεντα σίγυνον.

Idem diſtichon ſecundum exhibet in v. Ἄκολος. ὁ μικρὸς ψωμός. καὶ ἀκόλους, κλάσματα καὶ θραύσματα ἄρτων. παρὰ τὸ μὴ κολλᾶσθαι. Αἰτίζων ἀκόλους οὐκ ἄορας οὐδὲ λέβητας. Ὅμηρος. (Odyſſ. P. 222.) καὶ αὖθις.

Τὸν κύνα δ' ὡς ζῶντα πάλιν ποτὶ ταῦλιον ἄξω,
Ξηρὰς εἰς ἀκόλους ξυνὸν ἔχειν ἕταρον.

Lege, ζώοντα, ſive cum Kuſtero, τὸν κύνα δὲ ζώοντα. Conf. Lucillii ep. I. Anal. T. II. p. 317. Theocriti Eidyll. XI. 12. et, qui hunc expreſſit, Diotimi epigr. X. Anal. T. I. p. 252.

XVIII.

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τᾷδ' ὑπὸ τὰν ἄρκευθον ἴτ' ἀμπαύοντες ὀδῖται
Γυῖα παρ' Ἑρμείᾳ σμικρὸν ὁδοῦ φύλακι,
Μηφυρδανοσσον δὲ βαρηγονυ κάμνετε μόχθῳ
Καὶ δίψα, δολιχὰν οἶμον ἀνυσάμενοι.
Πνοιὴ γὰρ καὶ θῶκος σύσκιος· αἱ δ' ὑπὸ πέτρα
Πίδαξ εὐνήσει γυιοβαρῆ κάματον·
Ἔνδιον δὲ φυγόντες ὀπωρινοῦ κυνὸς ἀσθμα,
Ὡς θέμις, Ἑρμείην εἰνόδιον τίετε.

Cod. Vatic. p. 491. Verſus 3—5. miſere depravatos ita refingendos eſſe arbitror:

Μὴ φύρδαν· ὅσσοι δὲ βαρεῖ γόνυ κάμνετε μόχθῳ,
Καὶ δίψᾳ, δολιχὰν οἶμον ἀνυσάμενοι·
Πνοιὴ γὰρ καὶ θῶκος εὔσκιος, ἁ δ' ὑπὸ πέτρα
Πίδαξ εὐνήσει γυιοβαρῆ κάματον.

Probata haec ſunt Jacobſio, qui vertit v. 3. „non omnes quidem (quaſi mixtim, laſſi et debiles juxta ac valentes) ſed quicunque labore itineris affecti eſtis, βαρεῖ γόνυ — καὶ δίψᾳ. Coll. epigr. CCLX. Anal. T. III. p. 203.

Τᾷδε κατὰ χλοερῷο ῥιφεὶς λειμῶνος, ὁδῖτα,
Ἄμπαυσον μογεροῦ μαλθακὰ γυῖα πόνου —
Καὶ ποιμὰν ἐν ὄρεσσι μεσαμβρινὸν ἀγχόθι παγᾶς

Συρίσεων, λασίας σάμνῳ ὑπὸ πλατάνου
Καύματ' ὀπωρινοῖο φυγὼν κυνός.

Haec ultima verba Muretus comparavit cum Tibull. I. El. I. 27.

Sed Canis aestivos ortus vitare *sub umbra*
Arboris, ad rivos praetereuntis aquae.

XIX.

ΒΙΑΝΟΡΟΣ.

Ἡνίδε καὶ χέρσου τὸ γεωτόμον ὅπλον ἐρέσσει
Καὶ τὰν ὑπουθατίαν μόσχου ἄγει δάμαλις,
Βούταν μὲν τρομέουσα διάκτορα, τὸν δὲ μένουσα
Νήπιον, ἀμφοτέρων εὔστοχα φειδομένη.
Ἴσχες, ἀροτροδίαυλε, πεδώρυχε, μὴ δὲ διώξῃς
Τὰν διπλοῖς ἔργοις διπλὰ βαρυνομέναν.

Cod. Vatic. p. 504. Ὅπλον ἐρέσσειν omnino est *machinam movere, agitare.* Euripides dixit πόδα ἐρέσσειν, Iphig. in Aul. 138.

Ἀλλ' ἴσ' ἐρέσσων σὰν πόδα, γήρᾳ
Μηδὲν ὑπείκων.

Eadem dictione usus est Bianor in epigrammate inedito, quod infra describam. V. 2. Cod. μόσχει. Adjectivum ὑπουθάτιος vix alibi

occurret. Sed formam οὐθάτιος praeſtat Crinagoras ep. XXII. Anal. T. II. p. 146. ἐκ δὲ γάλακτος Θηλὴ ἀεὶ μαστοῦ πλήθεται οὐθατίου. Neque legere me memini ἀροτροδίαυλος v. 5. Sic dicitur is, qui eundo ac redeundo aratrum ducit, metaphora ſumta a ſtadii curſu, quo quis poſtquam a carceribus ad metam excurrit, ab altera parte a meta ad carceres redit. Δίαυλος enim, ut verbis utar Scholiaſtae ad Ariſtoph. Av. 293. ὁ δίττον ἔχων τὸν δρόμον ἐν τῇ πορείᾳ τὸ πληρῶσαι τὸ στάδιον καὶ ὑποστρέψαι. Hoc ad alias res, quae iterando peraguntur, translatum. De fluctibus maris reciprocis Eurip. Hec. 28.

Κεῖμαι δ' ἐπ' ἀκταῖς, ἄλλοτ' ἐν πόντου ἁλὶ,
Πολλοῖς διαύλοις κυμάτων φορούμενος.

Aeſchyl. Agamem. 554. Κάμψαι διαύλου θάτερον κῶλον πάλιν, ubi vide Schützium, elegantiſſimum Tragici interpretem.

In iſta *Ineditorum* farragine perpauca reperiuntur epigrammata, quae accurate a librariis ſint deſcripta; quaedam adeo depravata ſunt, ut in lucem ea proferre dubitarem, niſi reſtituendis iis operati eſſent viri doctiſſimi, quorum animadverſiones ſupprimere non licet. Ex quo genere eſt, quod Cod. Vatic. p. 493. exhibet:

Βιάνορος.

Μὴ πόδα γυμνὸν ἔρεσσε δι' ὑλάεσσαν ἀταρπὸν
Αἰγύπτου· χαροπῶν φεῦγε δι' ἐξ ὀφίων
Ἄγρευ δουνακο δη ϕατον ἐκ χέρσου δὲ φύλαξαι
Ἰὸν, ὁ τοξεύειν ὄρνιν ἐπειγόμενος.

V. 1. Jacobs. legit ἰλυόεσσαν. De qua conjectura ita statuit Schneiderus: „ibi minime latent serpentes sed in sylvis. At contra Aegyptus paludosa a Nilo fit, et in ripis latent ibi aspides.“ V. 3. idem haec notavit: „An δουνακόϕοιτας ἀγρεὺς auceps, qui arundine captat circumiens aves, δουνακόϕοιτε καὶ ἐκ χέρσου. Monetur auceps, ne per sylvosum aut dumosum iter Aegypti incedens, nudis pedibus serpentem calcet: sed vide supra.“ Porro Jacobsius versum 2. ita corrigendum putabat: φεῦγε δ' ἰὸν ὀφίων. Sed vox ἰὸς versu 4. occurrit, et primam producit. Fortasse locus ita legendus est:

— χαροπῶν φεῦγε δ' ὑπ' ἐξ ὀφίων,
Ἄγρευ ΔΟΥΝΑΚΟΦΟΙΤΑ, τὸν ἐκ χέρσου δὲ φύλαξαι
Ἰὸν, ὁ τοξεύειν ὄρνιν ἐπειγόμενος.

Vide Homer. Il. O. 628. ibique Ernestum. Adde Il. N. 89. Δουνακοϕοίτης, ut ἠεροϕοίτης, de qua voce alibi videbimus.

XX.

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ.

Ἤδη τοι φθινόπωρον, Ἐπίκλεες, ἐκ δὲ Βοώτου
Ζώνης ἀρκτούρου λαμπρὸν ὄρωρε σέλας·
Ἤδη καὶ σταφυλαὶ δρεπάνης ἐπιμιμνήσκονται,
Καί τις χειμερινὴν ἀμφερέφει καλύβην.
Σοὶ δ' οὔτε χλαίνης θέρμη κροκυαι οὔτε χιτῶνος
Ἔνδον ἀποσκλήσῃ δ' ἀστέρα μεμφόμενος.

Cod. Vatic. p. 512. Ultimum distichon hoc modo restituendum videtur:

Σοὶ δ' οὔτε χλαίνης θερμὴ κροκὺς, οὔτε χιτῶνος
Ἔνδον· ἀποσκλήσῃ δ' ἀστέρα μεμφόμενος.

Lucianus Dial. Mort. T. I. p. 442. ὁ δὲ Βλεψίας λιμῷ ἅλις ἐλέγετο ἀπεσκληκέναι. Ubi vide Hemsterhusium. Gloss. ἀπεσκληκώς. κακοπαθήσας. Conf. Hesiodus E. v. 534.

Καὶ τότε ἕσσασθαι ἔρυμα χροὸς, ὥς σε κελεύω,
Χλαῖναν τε μαλακὴν, καὶ τερμιόεντα χιτῶνα,
Στήμονι δ' ἐν παύρῳ πολλὴν κρόκα μηρύσασθαι.

Ejusdem auctoris epigramma, valde corruptum, quod legitur Cod. Vatic. p. 475. egregie post Schneiderum perpolivit Jacobsius Exercit. Crit. Vol. II. p. 31. ita:

Δένδρεον ἱερόν εἰμι· παρερχόμενός με φυλάσσευ
Πημαίνειν· ἀλγῶ, ξεῖνε, κολουομένη·

Digitized by Google

Μίμνει παρθενικός μοι ἔτι φλόος· οὐχ ἅπερ ὡραῖς
Ἀχράσιν αἰγείρων τίς γένος οὐκ ἐόλη;
Εἰ δὲ περιδρύψῃς με παρ' ἀτραπιτόν περ ἐοῦσαν,
Δακρύσεις· μέλομαι καὶ ξύλον ἠέλιῳ.

Cf. Apollon. Rhod. II. 476. seq. Diod. Zonae ep. V. Anal. T. II. p. 31. — Ὤνερ, τῶν βαλάνων τὰν ματέρα φείδεο κόπτειν.

Utrumque epigramma Antipatro, non Sidonio, sed Theſſalonicenſi tribuendum eſſe arbitror.

XXI.

ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ.

Οὐκ ἔτ' Ἀλεξανδρεῦσι τὰ τάμια, χὠ Πτολεμαίου
Μόσχος ἐν ἠϊθέοις λαμπάδι κῦδος ἔχει.
Ὁ Πτολεμαίου μόσχος, ἰὼ πόλι, ποῦ δὲ τὰ μητρὸς
Αἴσχεα, πάνδημοί τ' ἐργασίαι τέγεος;
Ποῦ δὲ . . . . σοφόρβια; τίκτετε πόρναι,
Τίκτετε, τῷ μόσχου πειθόμεναι στεφάνῳ.

Cod. Vatic. p. 557. Obſcuriſſimum epigramma! „Scriptum videtur in puerum, ex ſcorto procreatum, et ad magnos inter Alexandrinos honores elatum. Huc referendum, μητρὸς αἴσχεα. Haec enim publice ἐν τέγει corpore quaeſtum fecerat. — V. 6. τῷ — στεφά-

ἐν honori μάσχῳ habito confisae. Hoc urbis exemplum confidentiam facere debet." Sunt verba Jacobsii. V. 1. τὰ τίμια. Diogenes Cynicus apud Plutarchum T. II. p. 5. C. εἰσελθὲ εἰς πορνεῖόν που, ἵνα μάθῃς, ὅτι τῶν ἀναξίων τὰ τίμια οὐ διαφέρει. — V. 4. τέγος omnino de vili casa dicitur, ut στέγος. Euripides El. Υ 139.

Χώρει πένητας εἰς δόμους· Φρούρει δὲ μοι,
Μὴ σ' αἰθαλώσῃ πολύκαπνον στέγος πέπλους.

Sed h. l. salax taberna, seu cella meretricia, quam alii ἐργαστήριον, Plautus Mil. Glor. III. Sc. III. 7. *opificinam* vocat, significatur. Hanc etiam *fumosam* dicere potuit auctor Copae v. 5. *Ebria* fumosa *saltat lascivia taberna*. Burmannus ad Anth. Lat. T. I. p. 709. praefert *famosa*. Nos sequimur Heynium. Hesychius Τέγη, στέγη, οἴκημα. Idem. Στεγίτιν, τὴν πόρνην. Vide Valckenar. ad Ammonium p. 179. Demosthenes κλίσιον vocat lupanar, seu κλισίον, Cor. c. 40. ὡς ἡ μήτηρ σου μεθημερινοῖς γάμοις ἐν τῷ κλισίῳ τῷ πρὸς Καλαμίτῃ Ἥρωι χρωμένη. — V. 5. συφόρβια.

XXII.

ΛΟΥΚΙΛΛΟΥ.

Εἰς κιθαρῳδοὺς Λουκίλλου ἄλλα μ' καὶ τραγῳδοὺς καὶ κωμῳδούς.

Ἑλλήνων ἀπέλυε πόλιν ποτὲ, δεσπότα Καῖσαρ,
Εἰσελθὼν αἰσα Ναύπλιου ἡγέλοχος.
Ναύπλιος Ἑλλήνεσσιν ἀεὶ κακὸν ἦ μέγα κῦμα
ἢ κιθαρῳδὸν ἔχων.

Cod. Vatic. p. 533. Agit Lucillius, si epigrammatis sensum assecutus sum, de inepto quodam actore, qui, coram Caesare, Nauplii mala canere instituebat. Hunc ficto nomine Hegelochum vocat, ratione habita Hegelochi illius, qui quoniam aliquando male pronuntiaverat versum Euripidis Oreſt. 279.

Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ.

Comicis, ut Sannyrioni, Aristophani, Platoni saepe ludibrio fuit ac deridiculo. Notus est locus Aristophanis Ran. 505.

Ἔξεστι δ', ὥσπερ Ἡγέλοχος, ἡμῖν λέγειν·
Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλῆν ὁρῶ.

Ubi Scholiastes haec adfert Sannyrionis: τί ἂν γενόμενος εἰς ὀπὴν ἐνδύσομαι; Φέρ' εἰ γενοίμην γαλῆ. ἀλλ' Ἡγελοχός με μηνύσειεν ὁ τραγικός. ἀνακράγοι τ' ἂν αὖτος εἰς ἐχθρὰν μίγα· Ἐκ κυ-

μάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλῆν ὁρῶ. Vide Schol. ad Euripidis l. c. et Suidam in Ἡγέλοχος. Plura hujus ambigui, in quo alia integro verbo ſignificatio eſt, alia diviſo, exempla collegit P. Leopardus Emend. II. c. IV. — De Nauplio, qui Graecorum poſt Trojae excidium in patriam redeuntium naves plurimas ad naufragium adegerat, egregius extat locus Propertii IV. El. I. 15.

Nec rediere tamen Danai. tu diruta fletum
Supprime et Euboicos reſpice, Troja, ſinus.
Nauplius ultores ſub noctem porrigit ignes,
Et natat exuviis Graecia preſſa tuis.

Idem, ſecundum Apollodorum. Lib. II. c. I. πλεὼν τὴν θάλασσαν τοῖς ἐμπίπτουσιν ἐπὶ θανάτῳ ἐδυσφόρει· qui locus perquam difficilis eſt et obſcurus. Sed Kuhnius ad Pauſaniam Corinth. p. 168. eleganter corrigit ἐπυρσοφόρει, quatenus ille non Graecis modo, ex Aſia redeuntibus, ſed quibusvis aliis has inſidias ſtruxiſſe putatur, ut *falſo* ac *ficto facum bellicarum lumine* eos *deciperet;* id quod graece dicitur παραφρυκτωρεύειν. Verbo utitur Lyſias κατὰ Ἀγοράτου p. 257. ed. Taylor. Vide Suidam et Harpocrat. in v. Schol. ad Euripidis Oreſt. 432. Ναύπλιος — καὶ χειμῶνα φυλάξας, φρυκτωρίας ἦψε περὶ τὰς ἀκτὰς τῆς Εὐβοίας. Kuhnio adſtipulatur T. Hemſterhuſius ad Pol-

Digitized by Google

Incem IX, 14. quanquam ea, quae sequuntur apud Apollodorum, huic emendationi non satis accommodata videntur: συνέβη οὖν καὶ αὐτὸν τελευτῆσαι ἐκείνω τῷ θανάτῳ, ὥπερ ἄλλων τελευτησάντων ἐδυσφόρει. Rem aliter explicuit doctissimus Interpres Not. P. I. p. 275. — Duplex olim, sicut videtur, Sophoclis fabula extitit, Ναύπλιος Καταπλέων, h. e. proficiscens ad Graecorum castra eo consilio, ut poenas exigeret ab iis, quorum fraude Palamedes interemptus esset, et Ναύπλιος Πυρκαεὺς, sive, facem in Caphareo promontorio accendens. Idem argumentum posteriore aetate a poetis tractatum esse cum aliunde constat, tum ex hoc Lucillii epigrammate discimus. Examinemus verba ipsa. V. 1. Jacobsius voci ἀπέλυε substituit in margine ἐπέκλυσε, et quod v. 2. legitur αἴσαι, corrigit ᾆσαι. In Collatione Gruteri p. 515. versus secundus ita legitur:

Εἰσελθὼν νάσαι ναύπλιον ἣν ἔλοχος.

Quod quorsum spectet, non intelligo. Fortasse epigramma hoc modo constituendum est:

Ἑλλήνων ΑΠΟΛΥΕ πόλιν ποτὲ, δέσποτα Καῖσαρ,
Εἰσελθὼν ΑΙΣΕΙ Ναύπλιον Ἡγέλοχος.
Ναύπλιος Ἑλλήνεσσιν ἀεὶ — κακὸν, ἢ μέγα κῦμα,
— — ἢ κιθαρῳδὸν ἔχων.

Caesarem suum in editis etiam epigrammatis

Digitized by Google

ita passim alloquitur Lucillius, ut ep. LXXX. Anal. T. II. p. 333.

Μισῶ, δέσποτα Καῖσαρ, ὅσοις νέος οὐδέποτ' οὐδεὶς
Ἤρεσε. κἂν εἴπῃς, Μῆνιν ἄειδε θεά.

Ep. CXII. v. 5. Ὁπλίζου Καῖσαρ. Magna etiam verborum similitudo inest ep. XL.

Εἰς Ἀτδος κατέπεμψε πάλαι ποτὲ, δέσποτα Καῖσαρ,
Ὡς λόγος, Εὐρυσθεὺς τὸν μέγαν Ἡρακλέα.

Atqui haec verborum structura vulgatae potius lectioni, quam nostrae respondet conjecturae, qua particula ποτὲ diverso sensu accipienda foret: *libera* tandem aliquando *civitatem a Graecis*, nisi conjungere malis, Ἑλλήνων πόλιν. Sed nos in utramque partem disputantes, rem ipsam aliis dijudicandam relinquimus. Illud αἰεὶ κακὸν vi 3. ita dictum est, quemadmodum apud Ciceronem Verr. VI. c. 12. omnes Siciliae *semper praetores*. Vide Valckenarium ad Theocr. Adon. p. 197. Propertius I. El. XVIII. 13.

Quamvis multa tibi dolor hic meus aspera debet,
Non ita saeva tamen venerit ira mea,
Ut tibi sim merito semper furor, et tua flendo
Lumina dejectis turpia sint lacrymis.

Caeterum hic primo loco commemorandum erat Crinagorae epigramma II. Anal. T. II. p. 140.

Τὸν σκοπὸν Εὐβοίης ἀλικύμονος ἷσεν Ἀριστὼ
Ναύπλιον· ἐκ μολπῆς δ' ὁ θρασὺς ἐφλεγόμην.

Digitized by Google

Ὁ ψεύστης δ' ὑπὸ νύκτα καφηρείης ἀπὸ πέτρης
Πυρσὸς ἐμὴν μετέβη δύσμορον εἰς κραδίην.

Ad quem locum nunc conſule Animadverſiones Vol. II. P. I. p. 378. — In lemmate lego: ἀλλ' ἅμα καὶ τραγῳδοὺς καὶ κωμῳδούς, ſimul etiam in Tragicos et Comicos *actores*. Recentiores ipſos poetas ſic dicere non dubitarunt, ut hoc verbo deceptus Aelianus V. H. XIV. c. 40. Theodori, nobiliſſimi artificis ſcenici, tanquam poetae tragici, mentionem feciſſe videretur Valckenario Diatr. p. 182. Leonteus, actor tragicus, ab Athenaeo Lib. VIII. p. 343. E. vocatur τραγῳδὸς, a rege Juba in epigrammate ibi memorato, τραγικός. Citharoedos etiam cum cithariſtis interdum confundunt, quos diſtinguit Plato Jon. T. I. p. 533. (T. IV. p. 185. ed. Bipont.) οὐδ' ἐν αὐλήσει γε, οὐδὲ ἐν κιθαρίσει, οὐδὲ ἐν κιθαρῳδίᾳ, οὐδὲ ἐν ῥαψῳδίᾳ. Sed ut citharoedus recte dicitur κιθαρίζειν, ita idem dici etiam potuit cithariſta, v. c. Amphion Thebanus apud Ciceronem. In mentem hic venit epigrammatis inediti p. 101. quod deinceps deſcribam.

Ἄδηλον. εἰς γυναῖκα.

Ἤθελον, ὦ κιθαρῳδὲ, παραστὰς, ὡς κιθαρίζεις,
Τὴν ὑπάτην κροῦσαι, τήν τε μέσην χαλάσαι.

Amphibolia, quae ſubeſt in ὑπάτη et μέση, aliunde nota eſt. Strato ep. XXIX. Anal. T. II.

Digitized by Google

p. 366. Aelian. V. H. IX. c. 36. Τὴν νήτην ἐπίσφιγξον, εἶτα πάλιν τὴν μέσην. Lemma, εἰς γυναῖκα, ab hoc loco alienum videtur.

XXIII.

ΑΔΗΛΟΝ.

Κόνων δίπηχυς, ἡ γυνὴ δὲ τεττάρων·
Ἐν τῇ κλίνῃ δὲ τῶν ποδῶν ἰσουμένων,
Σκόπει, Κόνωνος ποῦ τὸ χεῖλος ἔρχεται.

Cod. Vatic. p. 523. Parvulus hic Conon Pygmaeus videretur, ſpectatus juxta Dinonem, *longum* mulieris Syracoſiae maritum, in Theocriti Adoniazuſis v. 17.

Ἦνθε φέρων ἄλας ἄμμιν, ἀνὴρ τρισκαιδεκάπηχυς.

Igitur Natura ipſa adjuvante fecit, quod longos etiam homines feciſſe alibi legimus. Eodem morbo laboraſſe videtur Demetrius, memoratus in epigrammate, quod tribus iſtis ſenariis male adjunxit librarius:

Οὐδ' ἐπικύψαι ἔχει Δημήτριος οὐδὲν ὁ μικρὸς,
Ἀλλ' ἔρριπται χαμαὶ πάντοτ' ἐπαιρόμενος.

Nihil tamen his verbis ineſt, quod ſuſpicionem noſtram confirmare poſſit; quanquam ſaepe fellatores iſtos tecte traduxerunt epi-

Digitized by Google

grammatum ſcriptores, ut Euphorionem Crates Grammaticus (Anal. T. II. p. 3.) quo nemo elegantius hoc argumentum tractavit:

Χοίριλος Ἀντιμάχου πολὺ λείπεται· ἀλλ' ἐπὶ πᾶσι
Χοίριλον Εὐφορίων εἶχε διὰ στόματος,
Καὶ κατάγλωττ' ἐποίει τὰ ποιήματα, καὶ τὰ Φίλητρα
Ἀτρεκέως ᾔδει· καὶ γὰρ Ὁμηρικὸς ἦν.

Senſum horum verborum, qui Salmaſium fugit et Reiskium, optime explicuit acutiſſimus Toupius Ep. Crit. p. 135. ed. Lipſ.

XXIV.

ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ.

Εἰ βείνει Φαβορῖνος ἀπιστεῖς, μηκέτ' ἀπίστει·
Αὐτός μοι βείνειν εἶπ' ἰδίῳ στόματι.

Cod. Vatic. p. 538. Et hic elegans eſt in re turpiſſima verborum luſus. Jungere licet εἶπ' ἰδίῳ στόματι, et βείνειν ἰδίῳ στόματι. — Addam Meleagri epigramma, quod legitur p. 101.

Ἰξὸν ἔχεις τὸ φίλημα, τὰ δ' ὄμματα, Τιμάριον, πῦρ·
Ἢν ἐσίδῃς καίεις, ἢν δὲ Σίγῃς, δέδεκας.

V. 2. in Codice exaratum, καὶ εἰς ἢν γε Σίγεις. Ariſtaenetus II. Ep. I. Σὺ δὲ ὀφθεῖσα φλέγεις,

Digitized by Google

καὶ ἀκουσθεῖσα τετρώσκεις. Sic locum correxit Toupius Ep. Crit. p. 110. Alio ſenſu Germanicus, egregius vir, *viſuque et auditu juxta venerabilis*, dicitur apud Tacitum Annal. II. c. 72. Nota eſt Τιμάριον, ſeu Τιμὼ, ex editis Meleagri epigrammatis, quorum unum LXXV. Anal. T. I. p. 22. huic diſticho jungendum eſſe ſtatuit Jacobſius, (Animad. Vol. I. P. I. p. 89.)

Καὐτὸς Ἔρως ὁ πτανὸς ἐν αἰθέρι δέσμιος ἦλω.
Τοῖς σοῖς ἀγρευθεὶς ὄμμασι, Τιμάριον.

XXV.

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τὴν κεφαλὴν σείεις, καὶ τὴν πυγὴν ἀνασείεις·
Ἓν μὲν μαινομένου, ἓν δὲ περαινομένου.

Cod. Vatic. p. 552. Nimirum *capita Maenades vi jaciunt hederigerae*, ut loquitur Catullus, et περαίνειν τὸ συνουσιάζειν, ſecundum Suidam.

Digitized by Google

XXVI.

Α Δ Η Λ Ο Ν.

Πᾶσα γυνὴ Φιλέει πλέον ἀνέρος· αἰδομένη δὲ
Κεύθει κέντρον ἔρωτος, ἐρωμανέουσα καὶ αὐτή.

XXVII.

ΑΡΓΕΝΤΑΡΙΟΥ.

Γωβρυ, Διώνυσός σε, καὶ ἡ Φιλελάστρια Κύπρις
Τέρποι, καὶ γλυκεραὶ γράμμασι Πιερίδες·
Ὧν μὲν γὰρ σοφίην ἀποδρέπτεο· τῆσδ' ἐσέρωτας
Ἔρχεο· τοῦ δὲ Φίλας λαβροπότει κύλικας.

Cod. Vatic. p. 491. Hoc etiam elegantissimum epigramma illotis manibus contrectarunt librarii, non ita tamen, ut veteris scripturae vestigia omnino obliterarent. Quanquam nomen proprium, Γωβρυ, quomodo sit refingendum, definire equidem non ausim. Sed hoc ad intelligentiam carminis lepidi parum, aut nihil refert. Majoris momenti vitium haud dubie latet in voce Φιλελάστρια v. 1. quae litura fananda est. Scripsit Argentarius:

— Διώνυσος σε, καὶ ἡ Φιλεράστρια Κύπρις.

Hujus emendationis optimum interpretem habemus Philodemum ep. XVII. Anal. T. II. p. 87. cujus duo posteriores versus, servata Codicis lectione, ita interpungendos esse supra monuimus:

Καὶ σὺ, φίλη Ξανθώ με.... σὺ δ', ὦ φιλεράστρι' ἄκοιτις,
Ἤδη τῆς Παφίης ἴσθι τὰ λειπόμενα.

Haec fere est Codicis Vaticani lectio. Hinc Apographa etiam alia, ξανθῷ με σὺ δ' ὦ φιλεραστρι' ἄκοιτις, alia, Ξάνθώ με σὺ ὦ φιλεράστρια κοίτης. Erunt etiam, quibus placeat in Codice notata lectio, καὶ σὺ φίλει, Ξανθώ, με. Σὺ δ', ὦ φ. Quod attinet ad alterum locum, φιλεράστρι' ἄκοιτις, ne hanc quidem scripturam temere spernendam esse, ratione habita epigrammatis, quod hic prima vice editur, adfirmavimus, quanquam bene intelligentes, quid causae fuerit, cur alii, ut Brunckius, substituerent, φιλεράστρια κοίτης. Usus etiam vocis ἄκοιτις pro *meretrice* paulo insolentior est. Utcunque sit, verum tamen hoc est, et Philodemum et M. Argentarium scripsisse φιλεράστρια. Quam emendationem posteaquam communicassem cum Jacobsio, significavit mihi vir doctissimus, se in eandem incidisse. Et in reliquis eum consentientem habui. Versu 3. legendum:

Ὧν μὲν γὰρ σοφίην ἀποδρέπτεο· τῆς δ' ἐς ἔρωτας
Ἔρχεο· τοῦ δὲ φίλας λαβροπότει κύλικας.

Digitized by Google

Ἔρχεσθαι εἰς ἔριν τινός, dictum fere ut, εἰς λόγους τινὶ ἔρχεσθαι. Saepe ἔρχεσθαι et εἶναι periphrasi inserviunt ejus verbi, cujus substantivo adjunguntur ope praepositionum εἰς et διά. Euripides Androm. 417.

Καὶ πατρὶ τῷ σῷ διὰ φιλημάτων ἰὼν,
Δάκρυά τε λείβων, καὶ περιπτύσσων χέρας,
Λέγ', οἷ' ἔπραξα.

Hoc Livius imitatus est I. c. 57. „ut nudi juvenes, Lyceum Pana venerantes, *per lusum atque lasciviam currerent.*" Nota est poetarum latinorum dictio, *per laudes alicujus ire.* Διὰ μάχης τοῖς πολεμίοις ἔρχεσθαι, *pugnare.* Obiter corrigamus Pindarum Pyth. II. 153.

Φίλον εἶη

Φιλεῖν· ποτὶ δ' ἐχθρὸν ἆ
τ' ἐχθρὸς ἐὼν, λύκοιο δίκαν ὑποδεύσομαι.
Ἀλλ' ἄλλοτε πατέων, ὁδοῖς σκολιαῖς.

Praestat legere, nisi fallor, ποτὶ δ' ἐχθρὸν ἅτ' ἐχθρὸς ἰών. — V. 3. Saepe in Anthologia graeca invenitur forma, ἀποδράπτεσθαι, pro ἀποδρέπεσθαι. Ad sensum conferas Pindari dictum apud Stobaeum Serm. CCXI. p. 711. Τοὺς φυσιολογοῦντας ἔφη Πίνδαρος ἀτελῆ σοφίας καρπὸν δρέπειν. Suidas in v. Δρέπομαι — πονηρᾶς δόξης καρπὸν δρεπόμενος, καὶ τὰ κάλλιστα δρεπόμενος τῆς φιλίας, sive, φιλοσοφίας ἄνθη, ut Ruhnkenius alicubi corrigit. Priori loco apud Sui-

Digitized by Google

dam convenit Plato Sympos. 10. ἃ εἴ τις τολμήσῃ ποιεῖν, ἄλλ' ὁτιοῦν διώκων καὶ βουλόμενος διαπράξασθαι πλὴν τοῦτο, φιλοσοφίας τὰ μέγιστα ἁρποῖτ' ἂν ὀνείδη. Euripides φέρβεσθαι σοφίαν eodem sensu dixit in praeclaro illo Atheniensium praeconio, (quibus Natura dederat τὸ φιλοκαλεῖν μετ' εὐτελείας et φιλοσοφεῖν ἄνευ μαλακίας, ut jure suo adfirmat Pericles apud Thucydidem II. 35. seq.) Euripides igitur M. Argentarii sententiam ita expressit Med. 824.

Ἐρεχθεῖδαι τὸ παλαιὸν ὄλβιοι,
Καὶ θεῶν παῖδες μακάρων,
Ἱερᾶς χώρας ἀπορθήτου
Τ' ἄπο, φερβόμενοι
Κλεινοτάταν σοφίαν,
Αἰεὶ διὰ λαμπροτάτου
Βαίνοντες ἁβρῶς αἰθέρος.

Longum est, totum locum describere, quo elegantiorem apud Euripidem vix reperias; cujus summa haec est, Venerem Athenienſibus, cujuslibet boni pulchrique amantiſſimis

Τᾷ σοφίᾳ παρθρους
Πέμπειν ἔρωτας
Παντοίας ἀρετᾶς ξυνεργούς.

XXVIII.

AMMIANOY.

Εἶδους οὐ κρίνει Πολέμων, ψῶναις κατακρίνει·
Κἂν δίῳς, κἂν μὴ δίῳς· ἔστιν ἀεὶ Πολέμων.

Cod. Vatic. p. 533. Anteaquam in rem praesentem veniamus, primum quaerendum videtur, quisnam sit iste Polemon, quem sugillat Ammianus, aut, si de hac re nihil memoriae proditum est, qui mores hominis fuerint, quod vitae genus. Vereor, ut de his omnibus aliquid compertum habuerit Planudes, qui carmina ejusdem argumenti titulis suis, tanquam certis circumscribens regionibus, hac via saepenumero ipse indicavit, se verum eorum sensum non esse assecutum. Scilicet in Florilegio Planudeo hoc legimus epigramma ἄδηλον, seu incerti auctoris Lib. II. Tit. XXV. ep. XI. ed. Wechel. p. 225.

Ἤδειμεν πολέμων ἀντώνιον ὄντα σε πάντες,
Ἐξαπίνης τρία σοι γράμματα πῶς ἔλιπεν.

Hoc disticon capiti in *fures* subjecit Planudes, quod in errorem conjecit interpretes. Brodaeus vertit, πολέμων ἀντώνιον, *bellorum vicissim emptorem*. Acute contra vidit Vinc. Obsopoeus, πολέμων esse nomen proprium, ut te-

Digitized by Google

ſtatur latina ejus interpretatio: *noveramus te omnes, o Polemon, Antonium, quomodo tam repente tres literae te reliquerint. et factus es ὤνιος,* id eſt *venalis.* Addit tamen, ſcil. *ob furtum quod commiſiſti.* Atque ita totam ſententiam convertit, deceptus a Planude. Hoc bene intellexit Hieronymus *Megiſerus*, caeteroquin vitium in contrarium currens, vertendo Lib. II. p. 68.

Vidimus in bello *te cuncti* Antonion, edet,
Literulis careas cur modo victe tribus.

Aut nullus omnino ſenſus his verbis ineſt, aut ſcripſit Megiſerus, *edes.* Vel ſic tamen a ſcopo plane aberravit. Quod inprimis demonſtrat nota, margini adjecta: *id eſt cur* onius *venalis ſis factus, et libertatem amiſeris.* Sed ut largiar, ὤνιον hoc loco eſſe hominem ab hoſtibus captum, qui venalis proſtat, quid eſſe dicemus; *in bello Antonion*, ſive πολέμων ἀντώνιον, quam lectionem ſecutus eſt Megiſerus! *Agrum emere* Xenophonti eſt, χῶρον ὠνεῖσθαι, ut contra χώρου ἀντωνεῖσθαι, *emere agrum in locum alterius* Oec. XX. 26. Quis vero bellum emit in locum alterius belli? ut vertit Brodaeus. Aut, qui in bello fuit *Antonios*, ut retineamus vocem peregrinam, quomodo is fortunae viciſſitudinem expertus eſt, ſi captus poſt bellum proſtat ὤνιος? quod voluit Megiſerus.

Digitized by Google

in eundem ſenſum vertit Hugo Grotius, qui, quanquam non apparet, quomodo intelligi voluerit vocem πολέμων, tamen elegantiſſimo uſus verborum luſu, feliciter, ut ſolebat ingenium illud capitale, ſe expedivit, reddens locum ſic, Lib. II. p. 449.

Quam ſubito, fueras nobis qui Servius *ante,*
Deſtituit nomen littera quinta *tuum!*

Redit jam ſponte gravis haec diſputatio ad Planudem, unde declinavit ſcilicet. Diximus, Planudem epigramma in Polemonem non recte incluſiſſe in caput de *Furibus.* Sed hujus reprehenſionis veritas pendet a notione furis, quam qualem animo informatam habuerit monachus, nemo dixerit. Nimirum fures non ſolum ii vocantur, qui *omnia intus canunt*, ut Aſpendius citharista, ſed viri etiam, nomine, ac loco ornatiſſimi, judices v. c. qui pecunia corrumpi ſe patiuntur, neque tamen id, quod volunt homines, praeſtant. Talis fuiſſe videtur Antonius ille Polemo. Is omnino ὤνιος erat, non eo ſenſu, quo hanc vocem interpretati ſunt Brodaeus, Obſopoeus, Megiſerus, Grotius, ſed fidem ſuam, ac jurisdictionem venalem habebat, ut philoſophi quidam apud Lucianum diſciplinam ac virtutem, Nigrin. c. 25. T. I. p. 65. μάλιστα δὲ ἐμέμνητο τῶν ἐπὶ μισθῷ φιλοσοφούντων, καὶ τὴν ἀρετὴν ὤνιον ὥσπερ ἐξ

ἀγορᾶς προτιθέντων. ἐργαστήρια γοῦν ἐκάλει καὶ καπηλεῖα τὰς τούτων διατριβάς. Quae huic conjuncta ſunt verba, εὔωνος et εὐωνίζειν, egregie illuſtrat Hemſterhuſius ad Lucianum p. 62, opportune laudans Pollucem V. 163. ubi inter locutiones, quibus homo nihili ſignificetur, refert etiam ὤνιος, et εὐωνότερος τῶν ἀποκεκηρυγμένων ὠνίων. Sed magis ad rem noſtram facit locus Aeliani apud Suidam in v. Ὠνίους ἀγοραστούς, ἢ τιμίους. — Αἰλιανός. καὶ ἀπολύουσι δικασταὶ ὤνιοι αὐτόν. — Jam, quemadmodum hic in titulo εἰς κλέπτας judicem deprehendimus inter fures, ita in titulo εἰς κριτὰς (Lib. I. XLIII. ep. 2.) furem inter judices:

Τὸ γλυκὺ τοῦ κλέπτοντος· ὑπερφιάλου δὲ τὸ ἀγνόν.

Porro judices hac aetate venales fuiſſe et ὠνίους praecipue diſcimus e Palladae epigrammate, quod ſequitur l. c. (Anal. T. II. p. 456.)

Μήτε δίκην δικάσειεν ἀνὴρ γεγονὼς δικολέκτης,
Μηδ' ἂν Ἰσοκράτεος ῥητορικώτερος ᾖ.
Πᾶς γὰρ ὁ μισθαρνεῖν εἰθισμένος, οὐδ' ἐν ἑταίρῳ
Σεμνότερον δικάσαι, μὴ ῥυπαρῶς, δύναται.

Denique rem extra omnem dubitationem ponit epigramma ineditum, quod ſupra deſcripſimus. Hoc enim ad eundem Polemonem ſpectat, et ab eodem auctore eſt ſcriptum, quo editum illud, Ἤδειμεν, Πολέμων, id quod latuit Brunckium, qui hoc epigramma retulit inter

Digitized by Google

ἀδέσποτα T. III. p. 159. ep. XLII. Ita enim ſe invicem excipiunt duo iſta epigrammata in Cod. Vatic.

Ἀμμιανοῦ.

Εἴδους οὐ κρίνει Πολέμων νώναις κατακρίνει·
Κἂν δῷς κἂν μὴ δῷς· ἔστιν ἀεὶ Πολέμων.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ἤδειμεν, Πολέμων, ἀντώνιον ὄντα σε πάντες,
Ἐξαπίνης τρία σοι γράμματα πῶς ἔλιπεν.

Dubitari igitur vix poteſt, quin utriusque carminis ſatyrici idem ſit argumentum. Quid vero eſt, εἴδους κρίνειν, quid νώναις κατακρίνειν? Equidem nihil aliud hic extrico, niſi *Idus* et *Nonas* Romanorum. Idus conſtanter a Graecis recentioribus ſcribuntur αἱ εἰδοί. Nonas varie exarare ſolent, aliis νόναι, aliis νόνναι ſcribentibus, ut Suidas in v. Sed Ammianus etiam ſcribere potuit νώναι. Nihil hic muto. Prima vox ſi retinenda eſt, accentum in ultima repone, niſi legendum potius ſit, Εἴδυῖς. Alium ſenſum ex his verbis vix elicias. — Haud alienum videtur, duo hic Ammiani epigrammata in *Marcum* repetere, quae locum, quem tractavimus, bene illuſtrant. Extant in Analectis Brunckianis T. II. p. 386.

Λασταύρων ἀφελὼν δύο γράμματα, Μάρκε, τὰ πρῶτα,
Ἄξιος εἶ πολλῶν τῶν ὑπολειπομένων.

Digitized by Google

Εἰς τὸν αὐτὸν Μάρκον.

Θηρίον εἶ παρὰ γράμμα, καὶ ἄνθρωπος διὰ γράμμα,
Ἄξιος εἶ πολλῶν, ὧν παρὰ γράμμα γράφῃ.

XXIX.

ΝΙΚΑΡΧΟΥ.

Οὐ πλεῖν ἀλλ' ἀντλεῖν ἡμᾶς Εἰκάνορος ὁ πλωρεὺς
Εἰς τὴν εἰκόσορον φαίνεται ἐμβιβάσας.
Οὐκ ὀλίγον γὰρ ἔνεστιν ὕδωρ ἔσω, ἀλλ' ὁ Ποσειδῶν
Ἐν ταύτῃ διαπλεῖν φαίνεται εἰς τὸ πέραν.
Ναῦ πρῶτον ναῦς ὠπταὶ ὑδροπικὴ ἀλλάγε·
Μὴ σορὸν οὖσαν ἴδῃς τὴν πάλαι εἰκόσορον.

Cod. Vatic. p. 551. V. 1. πλωρεὺς Jacobsius mutat in πορθμεύς. Malim ὁ πρωρεὺς, *proreta*, qui est gubernatoris administer, et dicitur proprie πρωρατεῦσαι. Aristoph. Equit, 538.

Ταῦτ' ὀρρωδῶν διέτριβεν ἀεὶ, καὶ πρὸς τούτοισιν ἔφασκεν,
Ἐρέτην χρῆναι πρῶτα γενέσθαι, πρὶν πηδαλίοις ἐπιχειρεῖν,
Κᾆτ' ἐντεῦθεν πρωρατεῦσαι, καὶ τοὺς ἀνέμους διαθρῆσαι
Κᾆτα κυβερνᾶν αὐτὸν ἑαυτῷ.

Xenophon Exped. Cyri Lib. V. fin. ὅταν δὲ χει-

μῶν ἢ — οὐχ ὁρᾶτε ὅτι καὶ νεύματος μόνου ἕνεκα χαλεπαίνει μὲν πρωρεὺς τοῖς ἐν πρώρᾳ, χαλεπαίνει δὲ κυβερνήτης τοῖς ἐν πρύμνῃ. Utriusque imperio parebant nautae, ſed hujus in puppi, illius in prora, ut docet Weſſelingius ad Diodor. Sic. Lib. XIV. c. 43. p. 676. Suidas. Πρώρα. τὸ ἔμπροσθεν τῆς νεώς. καὶ πρώραθεν. καὶ πρωράτας τῆς νηός. καὶ πρωρεύς. Eleganter Sophocles Fragment. apud Brunckium p. 646.

Οὐ γάρ τις ἂν δύναιτο πρωρατὴς στρατοῦ
Τοῖς πᾶσι δεῖξαι καὶ προσαρκέσαι χάριν.

Aeſchylus contra Eumen. 761.

Ὁρκωμοτήσας νῦν ἄπειμι πρὸς δόμους
Μήτοι τιν' ἄνδρα δεῦρο πρύμνήτην χθονὸς
Ἐλθόντ' ἐποισειν εὖ κεκασμένον δόρυ.

De dictione ἐμβιβάζειν τινὰ εἰς ναῦν v. 2. *in navem aliquem introducere*, vide Lennep. ad Phalar. p. 24. Verſ. 3. ἔσω. Optimi ſcriptores, ut Sophocles, Euripides, Eubulus, voculas ἔσω et ἔνδον permutarunt, notati propterea ab Ammonio in, Ἔνδον καὶ Ἔσω διάφερει. De Eubulo ita ibi refert Grammaticus: Εὔβουλος ὁ τῆς μέσης κωμῳδίας ποιητὴς ἐν Καλαθηφόροις,

Ὅπως δὲ σπεύσεθ' ὅτι τὶς γέρων ἔσω.

δέον εἰπεῖν, ἔνδον. Verſus obſcurus! Scaliger, ut metro conſuleret, legit; ὅτι ὅ τις γέρων ἔσω, quod nemini placebit. Locus aliter, ſed accuratius deſcriptus eſt in Etym. MS. Εὔβουλος

Digitized by Google

ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς ἐν Καλαθηφόροις, ὅπως δὲ ὀπεύσεσθαι ὅτι τὶς γέρων ἔσω. Unde ſenarius hic emergit:

Ὅπως δ' ὀπεύσεσθαι, ὅτι τὶς γέρων ἔσω.

Eadem voce uſus eſt Ariſtophanes Euſtathio teſte ad Il. Ξ. p. 964. 63. δῆλον δὲ ὅτι μαντικήν ποτε λέξις τὸ ὄσσεσθαι, ἀπὸ τῆς ὄσσης, ἣν ἀεὶ ἐπὶ μαντείας τίθησι. (Ruhnken. ad Tim. p. 197.) τοιαύτη δὲ λέξις ἐστὶν ὅτε καὶ ἡ ὀΨ ὡς Διονύσιος Αἴλιος παρασημειοῦται λέγων ὅπα τὴν κληδόνα, καὶ ὀπεύεσθαι τὸ κληδονίζεσθαι Ἀριστοφάνης Λυσιστρατῇ (v. 597.) ὀπευόμενος κάθηται. Nihil autem frequentius allegoria, qua utitur Nicarchus. Simonidi ep. LXIV. Anal. T. I. p. 138. tres meretrices dicuntur ναυκλήρων ἑλκάδες εἰκόσοροι. Meleager ep. LXXVII. Anal. T. I. p. 22.

Νέρθε δὲ πάνΨ' ὑπέραντλα νεὼς, κοίλη δὲ θάλασσα
Πλημμύρει, γόνασιν δ' ἔντρομός ἐστι σάλος.
Δύστανός γ' ὃς ζωὸς ἔτ' ὢν Ἀχερουσίδα λίμνην
Πλεύσετ' ἄνωΘ' ἐπιβὰς γραὸς ἐπ' εἰκοσόρῳ.

Verſum quintum in margine Apographi ita ſupplevit Jacobſius:

Νῦν πρῶτον ναῦς ὦπται ὑδρωπικὴ, ἀλλά γε δείδω,
Μὴ σόρον οὖσαν ἴδῃς τὴν πάλαι εἰκόσορον.

Nunc demum videmus navem hydrope laborantem, ſed vereor, ne etc. Eurip. Heraclid. 167. εἰ γέροντος οὕνεκα. Τύμβου, τὸ μηδὲν ὄντος — εἰς ἄντλον ἐμβήσῃ πόδα. Lucian. Dial. Meretr. XI.

Digitized by Google

T. III. p. 510. Μὰ τὴν Ἀφροδίτην οὐκ ἂν ἦκον, εἴ μοι προεῖπέ τις, ὡς ἐπὶ τούτοις παραλαμβανοίμην λυπῆσαι ἄλλην, καὶ ταῦτα Φιλημάτιον τὴν σορόν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τὸν λεπτὸν Θακεῦντα Μενέστρατον εἷλκυσε ὥρη
Μύρμηξ ἐξελθὼν εἴλκυσεν εἰς ῥαγάδα·
Μυῖα δ' ἐπιπτᾶσ' αὐτὸν ἀνήρπασεν, ὡς Γανυμήδην
Αἰετὸς εἰς θαλάμους οὐρανίους Κρονίδαο.
Πίπτε δὲ χειρῶν μυίης κοὐδ' ὡς δίγε γαίης,
Ἐκ δ' ἀράχνης ἱστοῦ τῶν βλεφάρων κρέμαται.

Cod. Vatic. p. 565. Leve hoc argumentum nemo magis variavit Lucillio, cujus epigrammata extant in Analectis Brunckianis T. II. p. 328—351. V. 4. Κρονίδου. V. 5. Cod. δίγεν γαίης. Lego:

Πίπτε δ' ὅγε χειρῶν μυίης κοὐδ' ὡς δίγε γαίης.

Lucillius ep. LXV. v. 3.

Καὶ τάχ' ἂν ἐρρύζητο δι' αἰθέρος, εἰ μὴ ἀράχνη
Τοὺς πόδας ἐμπλεχθεὶς ὕπτιος ἐκρέματο.

Sic etiam Phaeton periit, exclamat idem Meneſtratus, tergo formicae, cui ut elephanto ſcilicet inſederat, excuſſus, apud Lucillium ep. LXIII. quod vertit Auſonius ep. CXV. Inprimis huc pertinet ep. XVI. Ammiani Anal.

Digitized by Google

T. II. p. 387. Τὸν μικρὸν Μάκρωνα θέρους καιμώμενον εὑρὼν, εἰς τρώγλην — εἵλκυσε μῦς.

XXX.

ΑΔΑΙΟΣ.

Ἤν τινα καλὸν ἴδῃς, εὐθὺς τὸ πρῆγμα κροτείσθω·
Βάζ' ἃ φρονεῖς, ὁρκῶν δράσσεο χερσὶν ὅλαις.
Ἤν δ' εἴπῃς· τίω σε, καὶ ἔσσομαι οἷά τ' ἀδελφὸς,
Αἰδώς σου κλείσει τὴν ἐπὶ τοὔργον ὁδόν.

Cod. Vatic. p. 495. Addaeus et alibi *Adaeus* ſcribitur. Idem nomen reſtituit Valckenarius Adnot. in Adon. p. 265. Xenophonti Ἑλλ. IV. c. I. 39. ubi Ageſilai regis ſcriba Ἰδαῖος vocatur, e Plutarcho T. I. p. 603. A. V. 2. Cod. βάζε ἃ φ. Si ſincerum eſt ὁρκῶν, accipe de jurejurando, quo ſe puero, cujus amplexus appetit, obſtringit. Sed puto legendum: ὄρχεων, teſticulos pueri utraque manu contrecta." *Jacobſ.* Schneiderus etiam huic lectioni favebat, quae vera videtur. Heſychius. Ὀρχιπαιδίζειν, τὸ κακοσχολεύεσθαι παρὰ τοῖς παισί. Sed hoc referri poteſt ad Ariſtoph. Av. 142.

Digitized by Google

XXXI.

Π Α Λ Λ Α Δ Α.

Καὶ μύρμηκι χολὴν καὶ ἐρεθίῳ φασὶν ἐνεῖναι,
Εἶτα χολὴν μὲν ἔχει ζῶα τὰ φαυλότατα,
Ἐκκεῖσθαι δέ με πᾶσι, χολὴν μὴ ἔχοντα, κελεύεις,
Ὡς μηδὲ ψιλοῖς ῥήμασιν ἀνταδικεῖν.
Τοῖς ἔργοις ἀδικοῦντας ἀποφράξαντά δεήσει
Λοιπὸν ὁλοσχοίνῳ τὸ στόμα μὴ δὲ πνέειν.

Cod. Vatic. p. 496. Multa epigrammata Anthologiae graecae vel a Planude omissa, vel ab aliis viris doctis nondum edita sunt propterea, quod vitiose admodum descripta in Codice Vaticano leguntur. In quo numero etiam hoc est ineptum Palladae carmen. Corruptus haud dubie est primus versus:

Καὶ μύρμηκι χολὴν καὶ ΕΡΙΦΩι φασὶν ἐνεῖναι.

Sed huic loco praesentem adferre possum medicinam. Legendum enim:

Καί μύρμηκι χολὴν καὶ ΣΕΡΦΩι φασὶν ἐνεῖναι.

Et formicae sua bilis est serpho. Aristophan. Vesp. 351.

Πάντα πέφρακται· κοὐκ ἔστιν ὅπῃς οὐδ' εἰ σέρφιν διαδῦναι.

Ubi Scholiastes haec animadvertit: ἔστι δὲ θηριδιόν τι μικρόν. Κρατῖνος δὲ μύρμηκα φησὶ τὸν

σέρφον. οἱ δὲ, ζωΰφιον κωνωπῶδες. ἀφ' οὗ ἡ παροιμία, ἔστι καὶ μύρμηκι καὶ σέρφῳ χολή. παρεγγυῶσα μηδὲ τῶν μικρῶν καταφρονεῖν. Suidas in v. Σέρφος. ζῶον μυρμηκῶδες. σέρφον ἐνόρχην, σφαγιάζει. καὶ παροιμία· ἔστι καὶ μύρμηκι καὶ σέρφῳ χολή. Heſychius. Σερφοὶ, οἱ πτερωτοὶ μύρμηκες. Idem alibi σύρφος ſcribit. Sunt qui hanc beſtiolam etiam σέριφον dictam velint, eoque referant proverbium, γραῦς σέριφος, quod in Heſychio ed. Venet. a. 1549. ſcribitur γραῦς ἔριφος, et deinceps ἐριφία γραῦς. Unde Eraſmus fecit adagium, *Anus Eriphus.* Sed de hac re, ut nunc video, accurate egit P. Leopardus Emend. lib. V. c. 21.

Verſ. 5. lege cum Jacobſio, τοὺς ἔργοις ἀδικοῦντας. Idem vir doctiſſimus v. 6. corrigit, ὅλως σχοίνῳ, quod tamen neceſſarium non videtur. Vid. Suidas in v. ὀλοσχοίνῳ. — Verſus 4 — 6. ita interpungendi ac legendi:

Ὡς μηδὲ ψιλοῖς ῥήμασιν ἀταδικεῖν
Τοὺς ἔργοις ἀδικοῦντας· ἀποφράξαντα δειρὴν
Λοιπὸν ὁλοσχοίνῳ τὸ στόμα μηδὲ πνέειν.

Palladam an alius Martiali comparaverit, praeter Vincentium Obſopoeum, ignoro, cujus de iſto viro hoc extat judicium ad ep. I. Anthol. Planud. Tit. XVII. p. 34. ed. Wech. „Hujus epigrammatis auctor eſt Pallada, oriundus ex Chalcide inſula Euboeae, facile inter eos poe-

Digitized by Google

tas, qui epigrammata conſcripſerunt, principatum obtinet: tantum adhibet in ſcribendo *argutiae*, *leporis*, *ſalis*, *feſtivitatis* et *gratiae*, ut jure optimo *Martiali* prae caeteris comparetur." Nae! is pulchritudinis ſenſu plane deſtitutus ſit, qui tali judicio nomen ſuum adſcribere poſſit. Eſt ſine dubio Palladas omnium, qui epigrammata conſcribillarunt, inſulſiſſimus verſificator, ut recte de eo exiſtimet Caſaubonus ad Script. Hiſt. Aug. T. I. p. 842. Atque hoc cum edita teſtantur carmina, tum inedita, e quibus tamen unum alterumve hic addere haud gravabor.

Οὐ δαψιλῶς μὲν ἀλλ' ὅμως κἀγὼ τρέφω
Παῖδας, γυναῖκα, δοῦλον, ὄρνιθας, κύνα.
Κόλαξ γὰρ οὐδεὶς τοὺς ἐμοὺς πατεῖ δόμους.

Οὐδὲν γυναικὸς χεῖρον οὐδὲ τῆς καλῆς
Δούλου δὲ χεῖρον οὐδὲν οὐδὲ τοῦ καλοῦ.
Χρῄζεις ὅμως οὖν τῶν ἀναγκαίων κακῶν.
Εὔνουν νομίζεις δοῦλον εἶναι δεσπότῃ,
Καλὸς δ' ἂν εἴη δοῦλος τὰ σκέλη κλάσας.

Tali ingenio digni ſunt verſus, qui, non adſcripto auctoris nomine, leguntur Cod. Vatic. p. 556. in Ruſinianum.

Digitized by Google

XXXII.

Εἰς Ῥουφινιανόν.

Ῥουφινιανὸς, ῥοῦφος ὢν διαύλλαβος,
Συνεξέτεινε τοῖς κακοῖς τὰς συλλαβάς.
Οὐ λανθάνει δὲ τὴν διαύλλαβον Δίκην,
Κληθήσεται γὰρ καὶ διαύλλαβος πάλιν.
Ῥοῦφος κακοῦργος καὶ γόης, ὡς ἦν ποτε.

Annexi ſunt his quinque verſibus ineptis decem alii, quos, quoniam nihil omnino commune habent cum Rufiniano, ſegregandos ſtatim et ſeorſim exponendos putavi. Haud dubie duo carmina diverſa in unum conflata ſunt culpa librariorum. — Quod hic de Juſtitia divina, ſevera illa ſcelerum vindice, ſatis ridiculè dicitur,

Οὐ λανθάνει δὲ τὴν διαύλλαβον Δίκην,

hoc praeclare ita extulit Euripides apud Plutarchum de S. N. V. p. 6. ed. Wyttenb.

Οὗτοι προσελθοῦσ' ἡ Δίκη σε, μὴ τρέπῃς,
Παίσει πρὸς ἦπαρ, οὐδὲ τῶν ἄλλων βροτῶν
Τὸν ἄδικον, ἀλλὰ σῖγα καὶ βραδεῖ ποδὶ
Στείχουσα μάρψει τοὺς κακοὺς, ὅταν τύχῃ.

ſive, ut idem loquitur in Fragmento apud Sextum Empir. c. Mathemat. Lib. I. p. 275. Ὅταν σχολὴν ἄγουσα τυγχάνῃ Δίκη, quod perinde eſt.

Digitized by Google

Ita etiam Thucyd. I. c. 142. τὸ δὲ ναυτικὸν, τέχνης ἐστὶν, ὥσπερ καὶ ἄλλο τι, καὶ οὐκ ἐνδέχεται, ὅταν τύχῃ, ἐκ παρέργου μελετᾶσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον μηδὲν ἐκείνῳ πάρεργον ἄλλο γίγνεσθαι. Ad eundem locum pertinet veteris Graeci fragmentum, quod Grotius Stob. p. 119. ita edidit:

οὐχ εὕδει Διὸς
Ὄφθαλμός· ἐγγὺς δ' ἔστι καὶ παρὼν πόνῳ

Oculus Jovis
Non dormit, operi ſed prope et praeſens adeſt.

In MS. invenerat Grotius, καὶ περ ὢν πόνῳ. Hinc Toupius Emend. in Suidam P. III. p. 582. ed. Lipſ. effecit: ἐγγὺς δ' ἔστι καὶ περ ὢν ἄνω. Ita Xenophon Oecon. c. XX. 11. de deo: καίτοι ὕδωρ μὲν ὁ ἄνω θεὸς παρέχει. Clariſſimus Luzac Exercit. Acad. p. 112. corrigit: ἐγγὺς δ' ἔστι καὶ περ ὢν πόλῳ. Emendationem noſtram, καὶ περ ὢν πρόσω, alibi propoſitam, confirmari poſtea cognovimus editione Heerenii, qui, neſcio an e Codice dederit I. p. 106,

οὐχ εὕσει Διὸς
Ὄφθαλμὸς, ἐγγὺς δ' ἔστι, καὶ περ ὢν πόρρω.

Eſt haec conſtans ac perpetua fere oppoſitio verborum ἐγγὺς et πρόσω, ac ſimilium. Euripides Jon. v. 586.

Οὐ ταὐτὸν εἶδος φαίνεται τῶν πραγμάτων
Πρόσωθεν ὄντων, ἔγγύθεν θ' ὁρωμένων.

Digitized by Google

Ad quem locum alludit Cicero Attic. XIII. 10. Aeſchylus Eum. 65.

Ἔγγὺς παρεστὼς, καὶ πρόσω δ' ἀποστατῶν.

Idem (Grot. Excerpt. p. 37.) κλύει καὶ πρόσωθεν ὢν θεός. Euripides Phoen. 605. Vide Valckenar. Diatr. p. 33. Primus omnium Homerus dixerat Od. Γ. 231.

Ῥεῖα θεός γ' ἐθέλων καὶ τηλόθεν ἄνδρα σαῶσαι.

Sed deſcribendi tandem ſunt verſus illepidi, quos carmini in Ruſinianum male ſubjunctos eſſe ſupra diximus:

Ὦ τῆς ἀπάσης δυνάμεως ὑπέρτατε,
Σῶσόν με τὸν δύστηνον ἐκ παντὸς φθόνου.
Θέλεις ἀκοῦσαι, βούλομαι κἀγὼ λέγειν.
Τὸ γὰρ θέλημα τὴν χάριν τίκτει διπλῆν,
Διπλοῦν τε κάλλος τῷ λόγῳ χαρίζεται·
Λέγοντι κόσμος καὶ κλύοντι σεμνότης.
Φωστὴρ γὰρ εἶ σὺ καὶ λόγων καὶ τῶν νόμων,
Νόμοις θικάζων καὶ λόγοισιν ἐκπρέπων.
Λῖλουρον εἶδον χρυσίου τὸν Πρισκιπα
Ἢ βδέλλαν ὤμην χρυσοκόλλητον χόλον.

Octo prioribus hujus carminis verſibus nihil ineſt, in quo aliquis offendere poſſit. Sed duo poſteriores et corruptiſſimi ſunt, et pro panno alieno habendi. Quibus longius immorari etſi vix operae ſit pretium, tamen quaerendum videtur, quid lateat in verbis Πρισκιπα, et χρυσοκόλλητον χόλον. Prima vox latina videtur.

Digitized by Google

Quidni enim liceat hic hariolari? Et facile aliquis eam divinarit. Ultimum versum ita lego:

Ἢ βδέλλαν ᾤμην, χρυσοκόλλητον χ' ὅλον.

Agitur de viro quodam, ad magnos honores evecto, quem propter vexationes populi, furtaque commissa auctor horum versuum non dubitat vocare auri felem aerariique hirudinem. Atque hi versus omnes ad unum eundemque virum spectare videntur, fortasse ad Rufinum, hominem, omnia jura divina et humana susque deque habentem, quem imperium etiam affectasse scimus. Vide Gesnerum ad Claudianum V. 342. et Suidam in Ῥουφῖνος, ubi inter alia haec leguntur, δίκαι τε ἅπασαι προς τούτοις ἐδικάζοντο. — καὶ ὅσα δημόσια δικαστήρια, Ῥουφίνῳ πάντες ἐδίκαζον: et de adulatoribus Rufini: ἄρτι δὲ χλαμύδας τάς τε εὐπαρύφους ἐνδεδυκότες, καὶ περόναις χρυσαῖς διαπεπερονημένοι καὶ σφραγῖσι χρυσοδέτοις διεσφιγμένοι. Talem hominem recte dixeris χρυσοκόλλητον. Sed vide, ne duo illi versiculi conjungendi sint cum carmine, quod in eadem Codicis pagina, et quidem deinceps descriptum est, a nemine eorum, quibuscum communicavi, nedum a me intellecto:

Εἰς στρατηγόν.

Νῦν ὁ στρατηγὸς Ἑρμανούβης ἐγένου
Κύων ἀδελφὸς συλλαβὼν Ἑρμὰς δύο

Ἀσημοκλέπτας συνδεθέντας σχοινίῳ
Ψυχροὺς ἀώρους ταρταρίους τε δαίμονας.
Οὐκ οἶδα χῶρον τοῦ τρόπου κατήγορον
Τρόπον δὲ χώρου τὸν κατήγορον λέγω.

De orthographia nominis Ἄνουβις vide T. H. ad Lucianum T. I. p. 392. Has tenebras dispellere an unquam aliquis sit aggressurus, vehementer dubito. — Praestat describere elegans epigramma in *Carinum*, qui Asiam exspoliaverat.

XXXIII.

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

Τῆς Ἀσίης τὰ λάφυρα λαβὼν ἔπλευσε Καρῖνος
Ἥματι χειμερίῳ δυομένων ἐρίφων.
Εἰ δὲ καὶ Ἀδράστεια τὸ φορτίον — ἐφορώσης
Ὤχετο καὶ πελάγους δαίμοσιν ἐγγελάσας.

Cod. Vatic. p. 552. Monuit me Jacobsius, hoc epigramma editum esse a doctissimo Chardono *Magas. Encyclop.* a. IV. T. I. p. 93. et relatum ad Carinum, Imperatorem Romanum: lacunam autem v. 3. expletam esse sic, ὃς ὁ

ἐφορώσῃ — Nescio, uter dederit pro εἰ δὲ v. 3. εἶδε, quae vera lectio est:

Εἶδε καὶ Ἀδράστεια τὸ φορτίον· ὃς δ' ἐφορώσῃ
Ὤιχετο καὶ πελάγους δαίμοσιν ἐγγελάσας.

XXXIV.

Εἰς καμάραν τοῦ Φόρου πρὸς τὴν δύσιν.

Μηνᾶς χρύσεον ἔργον ἐδείματο πᾶσιν ὁδίταις
Κυδαίνων πτολίεθρον ἐριχρύσων βασιλήων.

XXXV.

Εἰς ἑτέραν καμάραν.

Τόνδε καθιδρύσαντο θεῷ περικαλλέα βωμὸν,
Λευκῆς καὶ πτελέου μέσσον ὕρον θέμενοι,
Ἐνναέται χώρης, σημήϊον ἀμμορίης δὲ
Αὐτὸς ἄναξ μακάρων ἐστὶ μέσος Κρονίδης.

Cod. Vatic. p. 483. Lemma, εἰς ἑτέραν καμάραν, quomodo conveniat epigrammati XXIX.

Digitized by Google

non satis intelligo. Ea delenda videtur, utpote a librario per festinationem repetita. Epigramma enim scriptum est in aram, duarum civitatum in confiniis positam. Lege v. 2. pro λευκῆς καὶ πτελέου, quae Cod. lectio est,

Λεύκης καὶ Πτελέου μέσσον ὅρον θέμενοι,

quae sunt nomina urbium in Ionia. *Leucam* Strabo Lib. XIV. p. 445. Λεύκας vocat: Κράσσος περὶ Λεύκας ἐπιθεμένων τινῶν ἔπεσεν ἐν μάχῃ. — μετὰ δὲ Λεύκας Φωκαία ἐν κόλπῳ. εἶτα οἱ ὅροι τῶν Ἰώνων καὶ τῶν Αἰολέων. Mela Lib. I. c. 17. fin. *In sinu Smyrnaeo est Hermus amnis et urbs* Leuca: *extra Phocaea Ioniae ultima.* Nomen *Pteleum* variis urbibus commune fuit. Homer. Il. B. 697.

Ἀγχίαλόν τ' Ἀντρῶν', ἠδὲ Πτελεὸν λεχεποίην.

Sunt qui scribant Πτελέον, accentu in penultima posito, ut auctor epigrammatis et Stephanus Byz. in v. Πτελέον, πόλις Ἰωνίας, καὶ Τρωάδος, καὶ τῶν παραθαλαττίων Ἀχαιῶν, οὐδετέρως. Καλεῖται δὲ, ὅτι πολλὰς ἔχει πτελέας.

Digitized by Google

XXXVI.

Εἰς καμάραν.

Μεσσαλινοῖο γόνος τόδε θέσκελον ἔκτισε τόξον.

Cod. Vatic. p. 474. Meſſalinus architectus memoratur etiam in Inſcriptione apud Chandlerum p. 11. quae extat in Analect. Brunck. Lect. et Emend. p. 288. Mirum autem, τόξον h. l. dici pro *fornice*, quod a Ducangio non eſt notatum, ad exemplum Romanorum, qui fornicem paſſim vocant arcum. Ovid. Metam. III. 29.

Eſt ſpecus in medio, virgis ac vimine denſus
Efficiens humilem lapidum compagibus arcum.

Arcus Latinum non eſt, notabat Scholiaſtes ineditus apud Spanhemium de Uſu et Pr. Numiſ. p. 857. ad Ciceronis *fornicem Fabianum*. Nimirum poſt Ciceronis aetatem demum invaluit haec ſignificatio, et translata tandem eſt ad graecam vocem τόξον.

Digitized by Google

XXXVII.

ΠΑΥΛΟΥ ΣΙΛΕΝΤΙΑΡΙΟΥ.

Εἰς ποτήριον οἰκείας θυγατρὸς παρθένου.

Χεῖλος ἀνικητεια τὸ χρύσεον εἰς ἐμὲ τέγγει,
Ἀλλὰ παρασχοίμην καὶ πόμα νυμφίειον.

Cod. Vatic. p. 481. Si lectio ſana eſt, quod vix credo, nomen puellae fuit Ἀνικήτεια, cujus mentio nulla ſit in editis Pauli Silentiarii epigrammatis. Occurrit Μακεδονία in ep. LXXXIII. Anal. T. III. p. 102. ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ θυγατρὶ, ἧς ὄνομα Μακεδονία. Sed haec potius fuit filia Macedonii. Vide Brunck. Lect. p. 250.

XXXVIII.

ΦΩΚΑ ΔΙΑΚΟΝΟΥ.

Εἰς φιάλην, ἐν ᾗ συνάγονται τὰ περιττά.

Οἰνοχόῳ φίλον εἰμι μόνῳ δέπας, οὕνεκεν αὐτῷ
Βάκχον ἀολλίζω τὸν περιλειπόμενον.

Cod. Vatic. p. 482. Edidit nuper Boſchius T. III. p. 438. cum hac Grotii verſione:

Digitized by Google

Pocla miniſtranti poclum non gratius ullum,
Namque illi e vino colligo, quod ſupereſt.

XXXIX.

ΛΕΟΝΤΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ τοῦ Μινωταύρου.

Εἰς κόγχον ἔχουσαν Ἀφροδίτην.

Ἀμέγα σοι Διόνυσε χαρίζομαι· εἰς ἐμὲ Κύπρις
Λούεται· ἐξ αὐτῆς σοι τὰ κύπελλα φέρω.

Cod. Vatic. p. 472. Leontius Scholaſticus cur dictus fuerit *Minotaurus*, equidem ignoro. Putabam olim, vitioſe exaratum eſſe hoc cognomen a librario dubitantemque me confirmabat ejusdem auctoris ep. XV. Anal. T. III. p. 106. cui hoc lemma inſcriptum eſt in Codice: εἰς λουτρὸν μικρὸν παρακείμενον τῷ Ζευξίππῳ Λεοντίου Σχολαστικοῦ τοῦ μηνωτοῦ.

Μὴ νεμέσα, Ζεύξιππε, παραντέλλοντι λοετρῷ.
Καὶ μεγάλην παρ' ἅμαξαν ἐρωτύλος ἠδὺ φαείνει.

Nunc contra arbitror, vitioſam eſſe ſcripturam μηνωτοῦ, bene habere lectionem Μινωταύρου. Hoc enim cognomen iterum occurrit in lemmate epigrammatis VII. Anthолog. Planud. IV. Tit. I. Λεοντίου Σχολαστικοῦ τοῦ Μινωταύρου εἰς

στήλην. Vide Heyne Comment. Soc. Gotting. Hiſtor. T. XI. p. 55. In his autem rebus fides quaedam hiſtorica grammaticis denegari nequit. Nemo adhuc cauſam indagare vel potuit vel voluit, cur Apollonius Rhodius dictus ſit Ἥλιος. Neque facile quisquam hoc credidiſſet Tzetzae, verſum hujus poetae ſub nomine Ἡλίου laudantis ad Lycophr. 480. niſi acceſſiſſet teſtimonium Grammatici veteris in Catalogo Bibliothecae Matrit. p. 449. qui idem cognomen tribuit Apollonio. His igitur inter ſe comparatis, Ruhnkenius Epiſt. Crit. II. p. 205. feliciter emendavit eundem Tzetzen ad Lycophr. 208. ubi Apollonius Rhodius male vocatur Ἡλιόδωρος.

XL.

Εἰς λουτρὸν ἐν Σμύρνῃ.

Χῶρος, τίς μερόπων σε λιπαυγέα τὸ πρὶν ἐόντα
Πλούσιον ἐν φέγγει θήκατο λουομένοις;
Τίς δὲ καὶ αἰθαλόεντι ῥύπῳ πεπαλαγμένον ἄρτι,
Κεῖνον ἀϊστώσας, φαιδρὸν ἔδειξε δόμον;
Φρενοφθορος πᾶσι Θεοδωρίας, ὡς ἐτεὸν δὴ,
Καὶ τούτῳ καθαρὴν δεικνύμενος κραδίην.

Ὅς γὰρ ἐὼν πόλιος κτεάνων ταμίης τε πατήρ τε,
Κέρδεσιν ἐξ αὐτῶν οὐκ ἐμίηνε χέρας.
Ἀλλὰ θεὸς, φιλόπατριν, ἐρισθενὲς, ἄφθιτε Χριστὲ,
Πήματος αὐτὸν ἄτερ σῶζε τέῃ παλάμῃ.

Cod. Vatic. p. 461. Χῶρος v. 1. apud hos ſerioris aetatis ſcriptores univerſe ſignificat aedificium qualecunque, ut templum etc. Anal. T. III. p. 139. ep. XXVIII. Χῶρος ἐγὼ θεσμοῖσιν ἀνειμένος. Agathias ep. LII. Anal. T. III. p. 51. Χῶρος ἐγὼ τοπρὶν μὲν ἔην στυγερωπὸς ἰδέσθαι, Πηλοδόμοις τοίχοις ἀμφιμεριζόμενος. Leontius ep. XI. Anal. T. III. p. 105. ἵππων χῶρον ἀεθλοφόρων. Ita etiam Agathias Scholaſticus in Praefatione, edita a Jacobſio Prolegom. p. LII. v. 118.

Ὅσσα περ ἢ γραφίδεσσι χαράξαμεν, ἢ τινι χώρῳ,
Εἴτε καὶ εὐποίητον ἐπὶ βρέτας, εἴτε καὶ ἄλλης
Τέχνης ἐργοπόνοιο πολυσπερέεσσιν ἀέθλοις.

V. 4. inſolentius dictum, φαιδρὸν ἔδειξε δόμον. Nam δεικνῦναι proprie pictorum eſt, ſictorumve, qui expreſſiſſima ſimilitudine imagines animant, ut verbis utar Hemſterhuſii ad illa Luciani, Φειδίας ἐκεῖνος ἔδειξε τὸν Δία, T. I. p. 11. V. 5. mire depravata ſunt haec, φρενοφθορος πᾶσι θεοδωρίας. Fortaſſe in πᾶσι latet παῖς, ut ſcripſerit auctor, παῖς Θεοδώρου, ὡς ἐτεὸν δή. Sed hoc ſine melioris Codicis ope ad liquidum

Digitized by Google

perduci vix potèrit. In balneum Smyrnae aliud extat epigramma apud Brunckium Anal. T. III. p. 223.

XLI.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ.

Εἰς τὸ δημόσιον λουτρὸν τὸ καλούμενον Ἵππον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.

Ἵππον ἐϋῤῥείτην χρονίῃ μάστιγι δαμέντα
Χρυσείῳ πολύολβος ἄναξ ἤγειρε χαλινῷ.

XLII.

Δάφνης εὐπετάλοιο φερώνυμόν ἐστι λοετρόν.

XLIII.

Ἐν κώμῃ τῆς Σμύρνης.

Οἷον ἔτλης καὶ τοῦτον, Ἀγακλείδη, μέγαν ἄϑλον!
Θυμῷ τολμητῇ κῦδος ἄριστον ἑλών·
Νύμφης ἀρχαίης βάσσης πολυκαγκέα χώρην
Ὕδασι καὶ λουτροῖς ϑῆκας ἀφνειοτέρην.

Digitized by Google

Cod. Vatic. p. 471. Βάσσης. Nihil ſuccurrit, quod commode ſubſtitui poſſit voci corruptae, niſi cum Heynio legere velis *βήσσης*, *convalle*, Gloſſ. Βῆσσα, *ὁ βάσιμος τόπος, καὶ κοῖλος, καὶ ὑψηλός.* — Homer. Il. Λ. 641, ſitim vocat, πολυκαγκέα δίψαν.

XLIV.

Εἰς λουτρόν.

Νύμφαι Νηϊάδες, μεταναστιοι, οὐχ ἅμα πάσας
Ἥξειν ὠιόμην χεύμασιν ἡμετέροις.
Εἰ δὲ τόσην τὸ λοετρὸν ἔχει χάριν, οὐδὲν ὀνήσει
Ὁ φθόνος, εἰ Νύμφαι πᾶν ἀπέλειπον ὕδωρ.

XLV.

Εἰς τὸ αὐτό.

Ξεῖνε, τί νῦν σπεύδεις, ὀρόων ἀκεσώδυνον ὕδωρ;
Εὐφροσύνης τὸ λοετρὸν, ἀποῤῥίπτει μελεδῶνας,
Μόχθον ἐλαφρίζει· τόδε γὰρ ποίησε Μιχαὴλ,
Ὃς κρατερῆς βασιλῆϊδος αὐλῆς ἡγεμανεύει.

Cod. Vatic. p. 487. ubi verſu 3. vitioſe Μισαηλ. Utrumque epigramma in idem bal-

neum est scriptum. In posteriore nemo haerebit. At quem sensum inesse statuemus priori? Hoc aenigmatis instar est. Et vereor, ut rem expediverit vir doctissimus, qui adscripsit: forte φεύξειν et ὑμετέροις v. s. Non putabam, vos omnes hoc balneum derelicturas esse. Neu tamen illa vobis invidia multum proderit, cum hoc balneum, vel sine aqua, tantam amoenitatem habeat.

XLVI.

Εἰς μινσώριον τῶν Εὐβούλου.

Ἀντία Τηλεμάχοιο καὶ ἐγγύθι Πηνελοπείης
Τίπτε Πολυφράδμων πολυταρβέα χεῖρα τιταίνεις;
Οὐκ ἐρέει μνηστῆρσι τεόν ποτε νεῦμα τιθήνη.

Cod. Vatic. p. 487. Μινσώριον scribitur etiam Μισσώριον, interdum Μινσούριον, ut apud Constantin. Porphyrog. de Them. Lib. I. 8. ἐγένετο δὲ ἐν τοῖς κάτω χρόνοις ἄλλος τις στρατηλάτης τὴν ἀξίαν πατρίκιος, τοὔνομα Ἰορδάνης, οὗτινος εἰσὶ τὰ ἀργὰ (ἀργυρᾶ) μινσούρια τὰ ἀνάγλυφα, ἅπερ κεῖται κ. τ. λ. Eadem diversitas obtinet inter Latinos, nunc *Minsorium*, nunc *Missorium*, nunc *Missurium* scribentes. Scili-

Digitized by Google

cet μινσώριον vox eſt barbara, notans *diſcum* vel *lancem*. Vide Du Cange in Gloſſario. Duo praeterea extant epigrammata in Florilegio Planudeo εἰς μινσώρια. Lib. IV. Tit. XXXII. ep. X. εἰς μινσώριον ἔχον τὰ δώδεκα ζώδια καὶ ἕτερα, et ep. XV. εἰς μινσώριον ἔχον Ἀφροδίτην καὶ Ἔρωτας. Hic Cod. Vatic. exhibet μίσσώριαν. Similiter *Anteceſſor* Graeci ſcribebant Ἀντικένσωρ. Vide Brunck. Lect. p. 277. — V. 1. Cod. Τηλέμαχοι. V. 2. lego πολυφράδμων, ut intelligatur Ulyſſes. Sed fabula ipſa, quae hic ſignificatur, niſi fallor, aliunde non eſt cognita.

XLVII.

Τόνδε Τύχης ἀνέγειρε δόμον Δημήτριος ἀρχὸς,
Τὴν πόλιν οἰκτείρας, ὡς πάϊς Ἱερίου.
Αὐτοῦ καὶ βουλῇ τάδ' ἐδείματο, οὔτε πόληος
Οὔτ' ἔτι δημοτέροις χρήμασιν, ἀλλ' ἰδίοις.

Cod. Vatic. p. 473. Ανέγειρε. Cf. ep. III. Anal. T. III. p. 132. Τετραπόροις ἀψῖσι πύλην Θεόδωρος ἐγείρας. Ep. XXII. p. 137. Φαιδρὸν Ἰουστιανὸς ἄναξ ἐμὲ χῶρον ἐγείρει. — V. 3. Secundum Hierii conſilium exſtruxit templum.

Digitized by Google

Ep. CCCXLV. Anal. T. III. p. 223. de balneo:
Τοῦξέ μιν οἰκείοις χρήμασι καὶ δαπάναις.

XLVIII.

Τέκτονά με σκοπιαζε σοφῶν κοσμήτορα μύθων,
Ἰθύνοντα τέχνην εὐεπίης κανόνι.

Cod. Vatic. p. 484. In rhetorem, qui eloquentiam ad artis regulam exigebat. Nota metaphora! Theognis, v. 543. χρή με παρὰ στάθμην καὶ γνώμονα τήνδε δικάσσαι, Κύρνε δίκην. Vide Valcken. ad Ammon. p. 108. Etymol. M. in v. Κανών. — ὥσπερ γὰρ ὁ τέκτων κέχρηται κανόνι διὰ τὸ ἐπανορθῶσαι τὸ ἀποτελούμενον, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡμεῖς κεχρήμεθα τῷ κάνονι διὰ τὸ ἐπανορθῶσαι τὰς λέξεις. Epigr. Byzant. XXVII. Anal. T. III. p. 158.

Ὡραίων σκοπίαζε σοφὸν σημάντορα χαλκόν.

XLIX.

Εἰς εἰκόνα Μαρκιανοῦ βασιλέως.

Μορφὴν τήνδ' ὁράας, ζώῳ ἐναλίγκιον ἵππῳ,
Μαρκιανὸν Φαρέοντι, βροτῶν βασιλῆα γενέσθαι·

Δεξιτερὴν ὑ' ἐτάνυσσε, Θέοντα δὲ πῶλον ἐπείγει
Δυσμενέος καθύπερθεν ὅστις κεφαλῆ μιν ἀείρει.

Cod. Vatic. p. 435. Hic versus exaratum ὁραᾶις pro ὁράᾳς. Illud ὅστις v. 4. mutandum in ὅτις. Sed apud Homerum etiam quidam legerunt Od. A. 47.

Ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος, ὅστις τοιαῦτά γε ῥέζοι.

L.

Εἰς Ἰουστῖνον καὶ τὴν αὐτοῦ γυναῖκα.

Οὗτος Ἰουστῖνος, Σοφίη σχεδόν· ἀμφότεροι δὲ
Χρύσεον ἔργον ἔτευξαν ἀπ' Ἀσσυρίοιο Θριάμβου.

LI.

Εἰς Ἰουστῖνον.

Θεῖον Ἰουστῖνον καθαρὸν ζρουρήτορα θεσμῶν
Δομνῖνος καθαραῖς ἐν προθύρῃσι δίκης.

Cod. Vatic. p. 487. Vide epigrammata in Analectis Brunckianis T. III. p. 158.

Digitized by Google

LII.

Τί ἂν εἶπεν Ἀχιλλεὺς πρὸς τὸν Αἴαντα
(φίλον θῆναι.)

Οὐ θέμις ἐν φθιμένοισιν ἔχειν κότον· ἄλγεα γαίης
Καλλείψας ἀγάπαζε τεὸν φίλον· οὐ γὰρ Ὀδυσσεὺς
Ἦλιτεν εἷς σε θέλων, βριαρὴ δὲ σ' ἔπεφνεν Ἀθήνη,
Ζεὺς δὲ πατὴρ καὶ Μοῖρα καὶ ἠεροφοῖτις Ἐρινύς.
Λῖθε δὲ τεύχεα ῥίψεν ἐς ἁλμυρὰ βένθεα πόντου
Δῖα Θέτις, καὶ νεῖκος ἀπέσβεσε σεῖο μενοινῆς.

Cod. Vatic. p. 438. Versus quartus debetur Homero Il. T. 85.

Πολλάκι δή μοι τοῦτον Ἀχαιοὶ μῦθον ἔειπον,
Καί τε μὲ νεικείεσκον· ἐγὼ δ' οὐκ αἴτιός εἰμι,
Ἀλλὰ Ζεὺς, καὶ Μοῖρα, καὶ ἠεροφοῖτις Ἐρινύς.

Virgil. Aeneid. II. 601.

Non tibi Tyndaridis facies invisa Lacaenae
Culpatusve Paris; verum inclementia Divûm
Has evertit opes.

In usu etiam fuit ἠεροφοίτης. Etym. MS. Ἠεροφοίτης ἀρσενικὸν, ὁ ἐν τῷ ἀέρι φοιτῶν. παρὰ τὸ δι' ἀέρος φοιτᾶν καὶ σκότους. καὶ τὸ θηλυκὸν ἠεροφοῖτις, ἡ ἀπροσράτως φοιτῶσα καὶ ἀπερχομένη, ὡς τιμωρὸς τῶν ἀδικημάτων. Hujus generis multa carmina in Codice Vaticano reperiun-

Digitized by Google

tur, quorum aliquam partem edidit Planudes Lib. I. Tit. V. Plura collegit Brunckius Anal. T. III. p. 141. seq. Nos reliqua dabimus.

LIII.

Τί ἂν εἶπει Ἀχιλλεὺς ὁρῶν τὰ ὅπλα κείμενα.

Μῆτερ, τεύχεα ταῦτα καὶ ἀγλαὰ δῖορα κομίζεις
Ἀγχεμάχῳ σέῳ παιδὶ, τὰ μὴ πάρος ἔδρακεν ἀνήρ.
Οἶδα γὰρ ὅτι πολλά τ' ἐφ' Ἕκτορι χεῖρα κορύσσει
Ἡμετέρης, καὶ Τρωσὶν ἀεικέα λοιγὸν ἐγείρει.

Cod. Vatic. p. 437. Cf. Homer. Il. T. 21. Μῆτερ ἐμὴ, τὰ μὲν ὅπλα θεὸς πόρεν. — V. 3. leg. Ἡμετέρην [scil. χεῖρα.

LIV.

Τίνας ἂν εἶπει λόγους Ἀλθαία παρακαλοῦσα τὸν Μελέαγρον.

Τέκνον ἐμὸν γενεῆς ἐπιλήθεαι, οὐδ' ἀλεγίζῃ
Πατρίδος ὀλλυμένης, βριαρὴν ἀπόεικας ἀκωκὴν,
Αἰσχύνων Καλυδῶνα καὶ Οἰνέα καὶ ναετῆρας.

Cod. Vatic. p. 438. In lemmate Cod. Ἄλθεα. Homer. Il. I. 580. Πολλὰ δὲ τόνδε κασίγνηται καὶ πότνια μήτηρ Ἐλλίσσονθ'; ὁ δὲ μᾶλλον ἀναίνετο.

LV.

Τί ἂν εἴποι Πάρις τρωθέντος Μενελάου.

Ἔῤῥετε οἱ ξύμπαντες, ἐλεγχέες αἰγιαλῆες,
Ἄρτι θανὼν Μενέλαος ἐμὸν μέγα κῦδος αέξει.

Diſcrepant haec ab Homeri narratione, apud quem Menelaus a Pandaro vulneratur, Il. Δ. 104. niſi omnino de Paridis laetitia ſermo eſt. Il. Ω. 239. Ἔῤῥετε, λωβητῆρες, ἐλεγχέες.

LVI.

